a triũ mẽsiũ, avt l. j. C. de dila. an si iudex statuit minus tp̃s ĩdilatiõe, possit dare secũdã, q̃ terminũ triũ mẽsium nõ excedat sine causæ cognitiõe, qd̃ vr̃ tenere In. & Host. & Io. And. in c. vltra tertiã. ex̃: de testi. qd̃ qdã fortè malè nõ sequunt̃. nam d. l. j. C. de dila. nõ statuit dari tres mẽses, sed φ nõ dent̃ amplius quã tres, & sic minus poterit, vt l. siue pars. C. d̃ dila. qd̃ in multis locis ꝯsuetudo admit
2 tit, vt dixi ĩ l. ij. ff. de re iudi. Sed qcqd† sit, hoc verum ĩ causis ordinariis, in summariis nõ est dubium, qa dilationes sunt arbitrariæ, cum totalis cã d̃eat terminari si fieri p̃t, ĩtra minᵒ tp̃s triũ mẽsium, vt l. d̃ submersis. C. d̃ nau. li. xj. Quodcunq; igit̃ tp̃s d̃et̃ à lege, integra dilatio dari d̃et, facit c. sæpè. de verb. signi. in cle. & sic dictum
b hoc non habet locum ĩ summariis.[b] ¶ Tertiò occurrit dubium
3 cum iudex tp̃e quo dedit primã dilationẽ statuit terminũ† octo dierũ ꝓ prima dilatione. ex eo. n. qd̃ dixit ꝓ prima, vr̃ innuere daturũ secũdã, cũ prima dicat̃ & denotet ordinẽ ad secũdã. vt ff. de iudi. l. j. & ff. de hære. insti. l. si qs hr̃des ita. ibi, Titius ex p̃te primi &c. ¶ Cõtrariũ puto. nã dicta verba hoc nõ ĩportant φ iudex dabit secũdã nisi in prima ĩpeditus sit. vt sic verba ĩtelligãt̃ s̃m nãm negotii sup q̃ ꝓferũt̃, vt l. dãni infecti qdã. ff. de dam. infe. & de vsu. l. si stipulatus. cũ si. ꝑ q̃ facit qa iudex nõ põt si vellet facer̃ ꝯ form̃
4 dictæ l. fi. ff. d̃ feri. vt statim dicã. ¶ Quartò occurrit dubiũ. posito† φ iudex nõ debuit dar̃ secũdã dilationẽ si eã dedit, à datio sit ipso iur̃ nulla. an verò veniat restituẽda ꝑ ipsũ vel superiorẽ & dico ꝯcessionẽ esse ipso iur̃ nullã q̃do fit sine causæ cognitione, ꝑ d. l. fi. ibi, dũ d̃t ĩ pecuniariis oĩb. dilatio plus q̃ semel tribui nõ põt. nam verbũ, põt, positũ cũ negatione, necessitatẽ ĩportat, vt ff. de fru. l. nõ põt, ex̃. de re. iur. c. j. lib. vj. et ibi no. Io And. vr̃ ḡ factũ ꝓhibẽte l. et sic ẽ ipso iur̃ nullũ. vt l. nõ dubiũ. C. de leg. Sed huic vr̃ obstare qd̃ not. in ex̃. de testi. c. in causis. sed nõ loq̃t̃ de tertia dilatiõe, sed de tertia et quarta ꝓductione q̃ pot fieri in eadẽ dilatione, vt dicit gl. in d. l. in pecuniariis. Cõcludo ḡ φ datio secũdæ dilationis facta sine causæ cognitione nõ valet. ¶ Nec ob. iur̃m p̃stitũ à dicto ꝓcuratore, vt iudex sic potuerit dar̃ secũdã dilationẽ. Ad q̃ d dñm eẽt,
5 cui fuit data dilatio prima† φ ĩ pũcto ñ exprimit̃. Si. n. fuisset data principali, vel alteri ꝓcuratori, tũc sine dubio p̃statio dicti iuri nõ eẽt sufficiẽs ꝓbatio impedimenti, nã cũ terminus dat̃ dño, dẽret iurare dñs cuius noĩe agit fuisse impedimẽtũ, nõ ꝓcurator. l. qui bona. §. q alieno. ff. de dam. infec. qa dñs potuit impediri per cãm obueniẽtẽ ĩ p̃sonã sui vel ĩ p̃sonã ꝓcuratoris, vt l. cũ à matribus. C. q pet. tut. sed posito φ terminus esset datus sibi ꝓcuratori, ẽt dicti iuri p̃statio nõ est sufficiẽs ꝓbatio pp plura: primo qa dictus ꝓcurator asseruit se ĩpeditũ, nec asseruit q̃ ĩpedimẽto. s. casu fortuito, vel facto tertii hominis, vel qũo. potuit. n. ĩpediri facto tertiæ personæ, & sic nõ deberet sibi dari secũda dilatio, sed ꝯ illũ q impediuit d̃ret hẽre regressũ, vt ff. de eo ꝑ quẽ fac. erit. per totum, & maximè in l. fi. Itẽ cũ dicta petitio secũdæ dilationis ex cã impedimẽti ꝯtineat q̃dã restõnẽ, ille q ĩcoloratè & sine exp̃ssione causæ hoc petit, nõ d̃et audiri. vt ff. de mino. l. mino. aũt magistratus. §. j. Præterea licèt casus fortuitᵒ q̃nq; possit ꝓbari ꝑ iur̃m, vt l. fi. C. de fi. instr. Tñ d̃et ꝓbari plenè. vt l. q ꝯmeatus. in prin. ff. de re mil. debuit ergò ĩ dicto iur̃o exprimi qs fuerit casus fortuitᵒ, ꝑ quẽ fuerit impeditus: qd̃ cũ nõ fecerit apparet non esse probatũ. ¶ Preterea iur̃m istud licèt fuerit à dicto ꝓcuratore præstitum, nõ tñ fuit à iudice vel à parte delatum, & sic nõ releuat eũ qui iurauit, vt ff. de in lit. iur. l. videamus. §. deferre. & hoc vr̃ voluisse Io. And. in d. c. vltra tertiã. extra. de testi. in verbo. p̃stito. Apparet ḡ dictam dationem secundæ dilationis esse ipso iure nullam. Ex hoc sequitur,
6 φ pars aduersa quæ cõtraxit & reclamauit fuit grauata. † grauatur. n. quis per interlocutoriam, quæ est nulla ipso iure saltem de facto, ita φ ꝑ appellationem ab hoc grauamine causa ad superiorem deuoluitur, vt ex̃. de appel. c. dilecto. & ibi per In. & Io. And. & probatur in l. militaribus. C. de decurio. lib. x.

ADDITIONES.

a Trium mensium. ¶ Vide, quę posui in d. l. fi. ff. de ferijs. in apostillis ad Barto.
b Summarijs. ¶ Vide Roma. consi. 225. & seq 497

CONSILIVM XCVIII.

1 *Litis contestatio quòd non præsumatur, licèt sit solennitas intrinseca.*
Vna præsumptio tollit aliam.
2 *Si in sententia habetur mentio litis contestationis, an tunc præsumatur interuenisse.*
3 *Negatiua quòd litis contestatio non intercesserit, quòd probatur per ostensionem actorum.*

Apparet Sẽtentia lata, nec cõstat de lit. ꝯtesta. tamẽ in sentẽtia fit mẽtio litis ꝯtestatiõis &c. Quærit̃ an litis ꝯtest. intercessisse p̃sumatur, cum reperiatur in actis. ¶ In isto dubio aduertenda sunt duo. Primò an litis ꝯtestatio p̃sumatur. ¶ Secundo an p̃sumat̃ li. ꝯt. si s̃nia simpl'r ẽ lata nõ fcã mẽtiõe lit. ꝯtest.
1 &c. ¶ In quo casu† vr̃ posse dici lit ꝯtesta. p̃cessisse. ¶ Primò ꝑ rõnẽ satis efficacem, sic. litis ꝯtesta. est de esse seu intrinseca solennitate iuĩç. vt l. prolatã. C. d̃ senten. & ĩterl. om. iudicum, sed ĩ quoli-
a bet actu q gerit̃, solennitas intrinseca interuenisse p̃sumit̃, a etiam si de ea nõ appareat, vt l. sciendum. ff. de verb. obl. cum sua mã. ergo lit. ꝯtesta. p̃sumit̃, licèt aliud nõ appareat Sed ꝯ dicendum vr̃. φ l. lit. ꝯtesta. interuenisse nõ p̃sumit̃. per l. ne in arbitris. C. de arbi. ꝑ l. qñ contra falsam. extra. de proba. & pro responsione rationis ĩ ꝯtrarium allegatæ, aduertendum est, φ vna p̃sumptio tollit aliã, vt l. diuus. de ĩ integ. rest. & l. j. C. q & aduer. quos. ĩ fi. vnde cum lit. ꝯtesta. ĩ scriptis redigi debeat & soleat, vt in p̃dictis iuribᵒ, si in forma debita. s. in scriptis redacta non appareat, vt debet, non p̃sumit̃ intercessisse, ideo qd̃ fortiᵒ est p̃sumit̃ non intercessisse, vt l. Titię textores. §. j. ff. d̃ leg. j. & sic ista præsumptio resultãs ex eo, quod non præsumit̃ facta lit. ꝯtesta. nisi appareat ꝑ d. l. Titiæ. tollit illam gñalem

ADDITIO.

a Præsumitur. Quando pro s̃nia præsumat̃. vide Io. And. in addit. ad Spec. in ti. de sententia. §. qualiter. ver. in summa Pau de Cast. cõs. 318. Alex. consi. 22. li.

te p̄sumptionē p quā dicebat ꝙ solēnitas intrinseca &c. Et hanc credo esse rōnē illius ꝗstōnis c.qm̄ ꝯ̄ falsam.dū dr̄,nec p̄sumat ꝑ
2 ꝓcessu &c.¶Scdo est† videdū,qd iuris sit in nr̄o casu si insnia habita ē illa mētio lit.ꝯtest. & c.an ex illa mētiōe lit.ꝯtest. præsumat ꝯtest.& hoc pūctū tāgit Gul.de cu.in l.j.ff.de ī ius vo.tāgūt doc.ēt plenè in l. ꝓcurator.de edē.& Gul.tenet ꝙ nō præsumat ꝑ rōnes quas ibi videbis.& in l.emācipatis.C.de fid.instr.vr̄ f̄m Inn.Sic distinguēdū. Aut lit.ꝯtesta.factā nō fuisse opponit snīæ de recēti post ipsius snīę ꝓlationē,& tunc præsumit nō intercessisse in scriptis vel aľr ordinatè.Aut de recēti nō opponit,& tūc p̄sumit per rōnē quā ibi ponit,sed gl.i dicto c.qm̄ ꝯ̄ falsam.in prin.gl.fi.&c.in præsentia de renū.in gl.q̄ incipit,expresse dt hic est argu.& indistīctè,qd̄ p̄sumit.licet Jn.in fi.dictæ gl.c.qm̄ ꝯ̄ falsā. videatur sentire aliud.Sed credo p̄dicta iura & doc. ita posse reduci ad cōcordiam distinguendo,an snīa fuit lata parte p̄sente,an absente. Si p̄sente,& tūc indistīctè p̄sumit p d.l.ne in arbitris.& c.qm̄ ꝯ̄ falsam.& ita pōt intelligi opi.suæ gl.cū aliis c.fi.Ita ēt intelligunt doct. in d.l.si ꝓcurator.maximè qa ibi formať qō de judice faciēte literā.& sic parte absente.qa litera abs ēti mittit.aut parte absente,& tunc du
a biū ē f̄m doc.quare distinguc,[a] qa aut snīa fuit lata parte ꝯdicēte expresse aut tacitè.Primo casu idē ꝙ si ea absente, qa ex q̄ exp̄sse ꝯdixit ī nihilo preiudicauit.Scdo casu qn̄ ea tacēte aut tp̄s applōnis.s.decē dierū n̄ est lapsum qn̄ snīa ex dicta cā dr̄ nulla.& in hoc idē p ea,q̄ ponunt doct.in d.l.emancipatiōe,& posito ꝙ p̄sens fuit & tacuerit,nō tn̄ snīæ vr̄ acqeuisse.per l.cū rē.ff.de trāsac. cū si.Aut ē elapsum,& tunc qa vr̄ iā ap ꝓbasse snīam per l.ab eo.in fi. C.q̄,& qn̄ iudex. sic vr̄ ēt cōfestim litis cōtesta.præcessisse ꝓut fit mētio in snīa,vt legit qn̄ qs præsens sit ipsius taciti cōsensus vigore & mētionis adhibitæ in snīa,vr̄ ꝙ lis cōtesta.præsumat.ar.l. publia.in fi ff. depositi.ita intelligas distinctionē Io.q̄ s̄. posui,q̄ ponūt doc.in l.emācipatione.& idē intelligo qn̄ pte absente & sciēte.& tp̄s decē dierū ē elapsū.Aut fuit lata pte p̄sente & expresse ꝯsētiēte,& tūc nō ē dubiū ꝙ p̄sumet p̄cessisse,imò ex ptis ꝯfessiōe ex suo exp̄sso ꝯsensu volūtas ꝓbať p̄tcessisse p præaleg.l. publia. in fi.adeò ꝙ nō audieť,modò posteà volēs ꝯdicere,&eo mō intelligo dictū Inn.positū in d.c.qm̄ ꝯ̄ falsam.in vlt.gl.ibi itē &c.Apparet ergò ex prædictis in vno casu solo litē ꝯtest.præsumi.s.qn̄ snīa est lata parte p̄sēte & tacēte,& dr̄ elapsum tp̄s applōnis.Idē in casu scdo q̄do parte expresse consentiente qa tunc presumit.¶Secundò principaliter est videndū,qd operet dicta p̄sumptio,&certum est ꝙ lata snīa parte expresse ꝯsentiēte,vel tacēte ꝙ operatur tunc præsumptio vel probatio.vt s̄.dixi. aľs verò in casu in q̄ dixi locū habere operatur,qa transfert onus ꝓbandi in aduersariū,ex quò lit.contest.præsumitur, qa ꝯdicens hēbit probare q̄tūcunq;
3 sit ꝓbatio negatiua.vt l.fi.ff.qd met.cā.Sed aduerte, † qa posito ꝙ hoc sit verū ꝙ suam negatiuam hēat probare subuenitur sibi, quia eam probat ex eo solo ꝙ ostendit,in libris seu in libro in quibus, vel in quo actus scribi solent non reperiri, & hoc per tex.in d.l.Titio.§.penul.& ita censeo in hoc puncto. Barto.

ADDITIO.

a Bern.Land.¶Quare distingue.Articulus superior est valde dubius, sed cōis sententia videtur, quòd lata sentētia præsumunt omnia solenniter acta si nō apparet ab ipsa appellatū,per tex.in c.bonæ.el j.de ele. & Imo.ibi.& per tex. in c.cūmter.& in c.sicut.de re iu.per do.Anto.in c.qm̄ cōtra falsam.extra de proba.latè per Imo & Ang.in l.iiij.§.cōdēnatū.& in l.de vno quoq;.ff.de re iu.re.ꝓbato Barto.in l.fi.ff.quādo ap.fit.& in l.j.C.de rela.in l.si qs in aliquo. C.de eden.reliqua sunt viden.in d.l.sciendum,& ꝙ pro snīa præsumat videēt Ioan.And.in addi.ad Spec.in tit.de sentētia.§.qualiter.ver.in sum.Pau.de Castro consi.318.Alex,consi.22.lib.ij.

CONSILIVM XCIX.

Satuto Ciuitatis Assisij cauetur, ꝙ omnia & singula &c. hoc consilium est superfluum,quoniam est examinatum plene s̄.consi.36.

CONSILIVM C.

1 *Statum quod testes non possint reprobari ex causa,valet.*
2 *Stāte statuto ꝙ testes nō reꝓbēt nō poterit Potestas cōtra eos de falso inqrere.*
3 *Quando lex iubet aliquid non reprobari facit illud esse præsumptionem iuris & de iure,contra quam non admittitur probatio.*
4 *Si Potestas vltra tempus a statuto præfixum inquirat de falso , inquisitio est ipso iure nulla.*
5 *Statutum generale quod non deroget statuto specialiter loquenti.*
6 *Ex processu facto contra aliquē contra quem non erat ius accusandi, quando sequitur condemnatio, ibi circa [illegible] distinguntur. 10 Processus factus ab agente carente actione tenet*
7 *Confessio partis qn̄ admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.*
8 *Iudex etiam parte non opponente potest de eius defensione quærere.*
9 *Iudex ex officio perquirit veritatem contra absentem vbicunque diffinitiua potest in absentem ferri.*
11 *Excusator allegans legitimas causas in criminalibus,si non admittitur,accusati non comparentes non sunt contumaces nec banniri possunt.*

A dn̄o Cyno de Bononia ptāte ciuitatis Perusij formata ē inqsitio ꝯ̄ quosdā populares d̄ falsa testificatione facta ꝯ̄ magnates, & ꝓcessus fuit habitus sup eo,super quo ꝓcessu multa dubia oriūť.¶Primò qa vno statuto caueť, ꝙ testes recepti ꝯ̄ magnates nō p̄nt reprobari,an hoc n̄ obstāte Ptās possit inqrere.Scdo alio statuto caueť, ꝙ possit qs testes reprobare intra viij. dies à die publicationis,posteà aūt non possit Ptās & Capitaneus inqrere intra mensem &c.Nec post mēsem aliqd disponat,an elapso mense possit inqsitionē formare.¶Tertiò alio statuto caueť ḡnaliter,ꝙ de falsitatib. possit cognosci intra x.ann.an ex vigore huiusmodi statuti ḡnalis possit Ptās inqrere.¶Quartò qa dicti inqsiti sunt passi se poni in banno & elapsus est terminus: & statutū dicit,ꝙ elapso termino bāniti hēant ꝓ ꝯfessis, an ex hoc possint ꝯdēnari.¶Quintò ex eo,ꝙ ante dictū bānum ꝓcuratores eorum ꝯparuerunt & allegauerūt ꝯ̄ se nō dēre ꝓcedi ex dictis causis,an ex hoc bannū possit dici nullū,adeò ꝙ illi nō dicāť incidisse in eū. ¶Circa primū de iure ddm̄ est,ꝙ Ptās nō possit inqrere.Ad quod
1 p̄mitto,†ꝙ tale statutū valet de iure cōi,ꝙ testes nō p̄nt reprobari ex cā,vt ex.de testi.c.licet dilectus.ita hic ex cā p̄sumit statutū,ꝙ magnates falsò facerēt reprobari testes pp eorū potentiā, & p̄sumeret statutū ꝙ qs nō diceret falsum ꝯ̄ magnates. arg.l.fi.in prin.
2 ff.qd̄ met.cau.hoc p̄misso,†dico ꝙ Ptās nō pōt inqrere.¶Primò qa statutum simpľr dicit,ꝙ nō possit reprobari,qa nō distinguit à quo.ergo &c.vt l.j.§.ḡnaľr.de leg.præstan.de pet.hær.l.Itē veniūt. §.à quo.& quia lex q̄ ꝓhibet reprobari oīno ꝓhibet.vt l.quos.de postu.Scdò qa qn̄ lex ꝓhibet aliquē de aliquo actu reprobari, vr̄ oēm modū puniēdi ꝓhibere,vt C.de is q ad eccle.ꝯfu.l.si seruus. ibi ꝯflandi &c.C.de emen.seruo.in princ.de ꝯmu.ser.ma.l.j.ibi nullus casus &c.Prætereà ꝓ hoc vr̄ tex.ff.de iniur. l.nō solū.§.q̄q̄. vbi ꝓ ea tm̄ iniuria pōt agere maritus, ꝓ qua vxor liberta ita hic d eo tm̄ falsò pōt inqrere Ptās de quo alius pōt accusare. Prætereà qn̄
3 lex† iubet aliqd nō reprobari,facit illud eē p̄sumptionē iuris & d iure,ꝯ̄ q̄ nō admittiť ꝓbatio in ꝯriū,vt l.fi.C.arbi.tu. l.Celsus. ff.de vsucapio.& ad Velleia.l.antiq;.& ad Maced.l.fi.& ī Auth.vt li.ma. & auiæ.§.ad hęc.Sic ergo in ꝓposito,cū p̄sumptio sit iuris & de iure,ꝙ ipsi dicunt veritatē , nec admittať ꝓbatio in ꝯrium ,iā inqrit̄ sup eo qd̄ nō est delictū.Prætereà ex hoc arguit sic,sicut in ciuili. actio,hoc est ius ꝓsequēdi &c.vt inst.de act.in pri.sic in criminib. est actio.i.ius accusandi.vt inst.de pub.iudi.in prin.& sicut in ciuilib.nemo experit sine actione,sed f̄m ius agendi,ita in criminalib. vbi nō est ius accusandi,sed ex facto ꝓposito nō orit ius accusandi vt s̄. ꝓbatū est,& qa ius resistit.ergò &c.vt l.cū lex. de fideiusso. & l.nō dubiū.C.de legi.& de ꝯdi.inde.l.si nō sortē.in prin. Si ergo nō orit istud ius accusandi seu p̄uniēdi,apparet ꝙ Ptās nō pōt inqrere & experit sine accusatiōe seu sine iure puniēdi. ¶Sup scdo
4 pūcto,ēt dato† alias,ꝙ dicti testes possint reprobari ex hoc statuto,tn̄ veniunt absoluēdi,qd ꝓbať primo p clausulā ḡnalē,q̄ est,ꝙ p̄missum ad tp̄s,post tp̄s vr̄ esse ꝓhibitū, vt l.imperator. de postu. & de leg.ij.l.statulibe.§.si qs seruū.Prætereà hoc ꝓbať p casus sp̄ales,nā p̄mittiť mulieri ꝙ denūtiet se p̄gnātē intra xxx.dies.vt l.j.§. j.de lib.agn.& nil plꝰ dr̄ in senatuscōsulto.& tn̄ ex hoc vr̄ ꝓhibita post tp̄s denūtiare nisi ex cā.vt ea.l.j §.si mulier.ita in ꝓposito,non poterit post tp̄s inqrere.ad idē in Auth.de appel. & intra quæ tp̄a. §.j.vbi permittit appellare intra x.dies nec prohibet posteà. tn̄ ex hoc vr̄ ꝓhibitum appellare posteà ad idē.C.de in integ.rest.l.fi.& multa alia similia reperiuntur, & ex hoc ꝯcludit, ꝙ si inqsitio for-
a mať post tp̄s [a] est nulla ipso iure.Casus est C.de dolo.l.fi.de excusat tut.l.scire oportet.§ ꝯsequēs.& C.ne de sta.defun.l.ij.¶Sup tertio
5 dr̄,† & verū est,ꝙ statutum ḡnale nō hēt locum in casib. seu falsitatib.in qb.sp̄aliter est certum tp̄s statutū.Casus est C.de Fal.l.q̄rela. & quod ibi not.Ad idem de act.& obl.l.in honorariis.& qd̄ ibi no.Tēpora.n.ḡnaliter ꝯstituta nō intelligunť in actionib.in quib. sunt certa tp̄a limitata,ad hoc l.j.§.dixerit aliqs.ff.de publi.cum si. R̄ntur clare,ꝙ verū est qn̄ lex circa idē ꝓducit duas actiones,vnā ḡnaliter,aliā sp̄aliter,vna tollitur p aliā, & vna pōt se habere in plꝰ q̄ alia,vt ibi,sed in ꝓposito est vna atq; eadem actio quę in seipsa nō pōt esse tp̄alis & p̄petua,qa esset repugnātia,vt l.vbi repugnātia.de reg.iur.l.eum q ædes.ff.de vsuc.& hoc statutum nō inducit nouā actionē,sed ea quæ limitata est vsq; ad tp̄s durat,ideo qa vna
6 est actio ne in ea sit repugnātia,ḡni p sp̄em derogať.¶Sup† quarto videndum est & ostendit primo ꝙ potuerunt ꝯdemnari,primo qa valet ꝓcessus,licet.n.agēs omni actione careat,tn̄ ꝓcessus valet in se,qd̄ patet,quia ex eo potest peti ꝯdemnatio,licet indebitè. vt C.de ꝯdi.indeb.l.j.& ff.man.l.fideiussor.& §.omnibus.& text.dixit ex.de re iud.c.abbate sane.ver.qm̄.ibi,& si petitum &c. lib. vj.
7 ¶Prætereà licet sit presumptio iuris† & de iure,quod nō dixit fal
b sum,tn̄ admittitur ꝓbatio in ꝯrium [b] per ꝯfessionem partis aduerse,vt in Auth.de æqua.do.§.aliud.& ibi gl.Circa hoc dicit Iac.But. in l.siue possidetis.C.de prob.ꝙ est verum ꝙ confessio partis non derogat dispositioni,vt l.j.de rei vind.ꝯiun.l.j.sol.mat.Sed in his q̄ respiciunt priuatum fauorem,si ille ꝯfitetur ꝯ̄.imputet sibi si ꝯfessio

ADDITIONES.

a ¶Post tempus Vide Petr de Anch.consi.iiij.
b ¶In contrarium Vide Ro.consi.359.

suo fiet ĩ iudicio, vt d.c.aliud.& facit ꝑ dño Iac.l.ornamẽtorũ.de aur.& arg.leg.& in Auth.ď æquali.dot.§.aliud.& ibi no.gl.in ver. siaũt scribat.& per Azo.in sum.ď don.ante nup.Auth.sed iã neces se.& ꝑ hoc tollũt multæ rõnes factæ s.ĩ pũcto scđo, sed iste patiẽdo se poni ĩ banno, vr̃ ꝯfiteri.ꝫ &c. Præterea qñ primo tpe fuit actio licèt ex aliquo casu sit extincta, pōt qs pati se ꝯueniri & ꝯdẽnari ď facto, vt ff.ad exhib.l.si qs hoiem.§.qũ aũt.& ď rei vin.l.si post acceptũ.sed iste ñ veniẽdo vr̃ pati se ꝯueniri & ꝯdẽnari.ꝫ &c. & ꝑ hoc tollũt oẽs illæ rõnes q̃ dñt, ꝙ est elapsum tps, intra qđ pōt inq̃ri, vt dictũ ẽ sup secundo pũcto.¶Ex ꝯ vr̃, ꝙ ñ possit ꝯdẽnari ; qa
8 †iudex ẽt pte ñ opponẽte sed expresse maleficũ ꝯfitẽte pōt de de-
a fensione eius quærere. a Casus est notabilis.l.j.§.fi.de qõ. Ad idẽ ď pœnis.l.si ñ ďfendãt.in fi.dũ dicit, cognoscit q debebit ď eorũ innocẽtia q̃rere.facit ď appell.l.nõ tm̃.& C.de appel.l.addictos. vbi
9 inuita pte qs appellat.vt eũ defendat. Ad idẽ vbicũq; † ĩ absente pōt ferri diffinitiua, iudex ꝑ reo ex suo officio ꝑq̃rit veritatẽ.vt C. q̃ũ & qñ iudex.authen.q semel.ibi ꝑq̃sita veritate &c.& C.de appel.l.ampliorẽ.& ibi ꝑ no.gl.licèt ibi dicat ꝙ sit speciale, tñ generale ẽ ẽt in criminalib. vbi pōt ferri sñia absente pte & hoc expres se tenuit In.in c.veniẽs.ex.ď accusa.facit C.de iud.l.ꝑperandũ. §.
10 sed si qdẽ.& §.seq. Quid ꝫ † dicemus? & dico sic, qñ liquet iudici euidẽter absentẽ ñ eẽ culpabilẽ vel nullũ delictũ ꝯmisisse. & tũc licèt sit ꝯtumax & habeat ꝓ ꝯfesso, tñ ñ pōt ꝯdẽnari ꝑ iura supra allega. Quid.n.si elapso termino bãni, iudex nescit eũ q ꝯtumax vr̃, hoiem iterfecisse, & qa ñ ꝯstat sibi, certè ñ poterit ꝯdẽnari ne pl⁹
b operet̃ ficta ꝯfessio q̃ vera. b ff.ad l.Aqu.l.inde Neratius.§.fi.l.seq. Qñque.n.ꝯstat iudici ꝑ hãc fictã cõfessionẽ de maleficio, sed ꝯstat, ꝙ reus ñ poterat redargui, qa habebat ꝓ se ꝑsumptionẽ iuris & de iure, & tũc credo, ꝙ posset eũ ꝯdẽnare & dẽt ꝓbari ꝯ eũ, & nũc ꝯstat & est ꝓbatũ ꝑ illã fictã ꝓbationẽ vt s. ꝓbatũ est. Ex hoc apparet, ꝙ ipse citatus debuit ꝯparere, qa iudicium potuit habere effectũ: & ita in casu ꝓposito ñ obstãte qđ dictũ est in primo pũcto.¶Qñq; ꝯstat iudici delictũ ꝯmissum esse ď q̃ poterat reus inq̃ri seu accusari, sed nũc accusationis tpa sunt elapsa, tũc ẽt dico ꝙ talis inq̃sit⁹ poterit ex ꝯtumacia ꝯdẽnari, qa tps accusationis ciuile ñ tollit ipso iure, sed parat exceptionẽ, vt l.si maritus.§.ꝑscriptis.ff.ď adul.& C.eo.ti.l.adulteriũ.quas ꝑscriptiones, seu exceptiones pōt si vult ps omitter̃ & ñ opponere ne sequat̃ ꝯdẽnatio vt d.§.ꝑscriptis.& ꝑt se ď facto pati ꝯueniri vt s. ꝓbatũ ẽ.igit̃ ĩ ꝓposito si aliud ñ ob.iudex talẽ ꝯtumacẽ nil opponẽtẽ & patiẽtẽ se poni ĩ bãno posse ꝯdẽnare ñ obstãtib.q̃ dicta sunt. ¶Sup q̃nto
11 † pũcto dico, ꝙ ꝯparuerũt ꝓcuratores seu executores & ltimas cas ꝓposuerunt qualr̃ ñ dẽant venire ꝯdẽnãdi.s.qa ipsi ñ poterãt redargui & tps inq̃sitionis erat elapsũ, vt s.dictũ ẽ.& sic ñ fuerũt passi se ď facto ꝯueniri: iõ ꝯdixerũt & expsè negauerũt, ꝙ iudicis offm̃ debuit q̃escere & ꝯ eos amplius ñ ꝓcedere.& si ñ fecit, ñ tñ
c ipsi fuerũt ꝯtumaces nec ĩcurrerũt bãnũ. c ff. de publicis iudiciis l.iter accusatorẽ.fm vnã lec.& e.ti.l.pe.§.ad crimẽ.ibi, dũ dicit, & si iustã rõnẽ hñt, sñia differt̃.ff.ď ꝓcur.l.seruũ.quoq;.§.publ.Bar.

ADDITIONES.

a ¶Quærere. Vide Io.de ana.cons.59.
b ¶Quam vera. Vide Pet.de anch.cons.409.
c ¶Bannum. Vide Bal.cons.106.lib.3.

CONSILIVM CI.

1 *Statutũ si prohibet appellationẽ de condẽnatione certi delicti quando trahatur ad omnem condemnationem ex delicto descenedentem siue originaliter siue incidenter siue ex alia causa.*
2 *Dictio pro, quod significet causam proximam & finalem.*
3 *Minor si nõ põt esse in iudicio non prohibetur petere restitutionem in integrũ.*
4 *Approbans sententiam videtur beneficio appellationis renuntiare.*
5 *Si statutum dat optionẽ in pœnis per verbum futuri subiunctiui electione semel facta non potest postea variare.*
6 *Eligere pœnam corporalem & habere pacem melius est quàm pro delicto soluere pœnam pecuniariã & remanet inimicitia: & ideo si minor eligit pecuniariam dicitur læsus & restituitur*
7 *Dispositio auth.sacramenta puberum quòd non habet locum in iuramento de præterito vel præsenti sed de futuro.*

Girardus De Tuderto minor 25.ann. dedit alapã Innocẽtio.ex hoc facto iter cætera sũt orta ista dubia.¶Primo cũ ĩ statuto Tuderti caueat̃ ꝙ ꝯdẽnatus ꝓ ꝑcussione à spatulis s.ñ possit appellare.& illo statuto cauet̃, ꝙ ꝑcutiens puniat̃ ĩ certa q̃titate, & tenet̃ recipere aliã ꝑcussionẽ, aliàs puniat̃ ĩ certa q̃titate maiori. ꝯtigit ꝙ dictus Girard⁹ fuit ex dicta ꝑcussione ꝯdẽnatus, & soluit. postea dr̃ recusasse recipere similẽ ꝑcussionẽ & ex hac recusatione ẽ ꝯdẽnat⁹ ĩ alia quãtitate maiori. q̃rit̃ an possit appellare, & hoc primo.¶Scđò, qa statuto Tuderti cauet̃ ꝙ nõ possit esse minor ĩ iudicio criminali sine curatore q̃ritur an sñia valeat, an ex hoc ipse Girardus ꝓhibeat̃ petere restõnẽ in integrũ in iis ĩ q̃b. læsus est.¶Tertiò qa dictus Girardus ante sñiam latã eã approbauit, & sic se debere cõfirmauit, & affirmauit, an ꝓbata maiori ætate ex ꝓprio ꝓcessu ex ipo ꝓcessu appareat læsio, an hẽat aliud ꝓbare.¶Quartò cũ dicto statuto caueat̃ ꝙ q recipit, inferat ꝑcussionẽ sir̃ cogat̃ aduersarius ad pacẽ, aĩs q recusauit recipere similẽ ꝑcussionẽ ꝯdẽnet̃ ĩ certa q̃titate & aduersarius ñ cogat̃ ad pacẽ, & sit electio ꝯueti.& dict⁹ Girardus elegit se velle soluer dictã q̃titatẽ pri⁹ q̃ recipere velit ꝑcussionẽ, q̃ro an possit variar̃, & eliger̃ ptẽ de iur̃ cõi ñ obstãte sñia.¶Quintò si ñ pōt de iur̃ cõi an ꝑ ĩteg.rest.possit ad hoc admitti solũ ꝓbãdo se minorẽ, posito ꝙ nihil aliud de nouo oñderit.¶Sextò an ex eo ꝙ iurauit dicer̃ veritatẽ & facer̃ mãdata curiæ ꝓhibeat̃ peter̃ restõnẽ
1 ĩ itegrũ.& alia ď q̃b.s.q̃situ ẽ.¶Sup primo vr̃ ꝙ † ñ possit appellare, qa ꝯdẽnat̃ de ꝑcussione à spatulis s.qđ ꝓbat̃, qa verba statuti recepta sũt.s.ꝯdẽnat⁹ ꝓ ꝑcussione ñ.n.dicit si qs ꝑcusserit. & sic oẽm casũ, & ꝑsonã ꝯprehẽdit ẽt ex ñeũ mãdatorẽ, & auxiliatorẽ vt ff.qđ vi aut clã.l.aut q alr̃.§.fi.de adul.l.hæc verba.& no.Iac. de Aret.ĩ l.si seruũ.§.admonere.ff.ď acq.hær.ꝫ multo magis hũc casũ ꝯprehẽdet.¶Præterea hoc videm⁹ in oĩb.actionib.arbitrariis, vbi ferũt̃ duæ sñiæ.vt ff. qđ met.cau.l. si cũ exceptione.§.ĩ hac actione.& ibi no.ď rei vin.l.q restituer.ď in lit.iurã.ĩ actionib. & inst.de act.§.in arbitrariis, in q̃b.ex ꝯtumacia seu recusatione q̃ fit post primã sñiã fert̃ scđa.& tñ nemo negat ex prima actione, & prima obligõne ꝯdẽnatũ eẽ.ita ĩ ꝓposito, ex prima & scđa ꝑcussione & obligatione q̃ ĩde orta ẽ, vr̃ ꝯdẽnat⁹, ad id facit.ff.de pub. l.hoc edicto.scđm opi.illorũ q dñt d.ctã accusationẽ fore arbitrariã.vt ibi no.& d.l.prima.§.dixerit aliqs.ff.eo.& ad idẽ.ff. rerũ amo.l.si cũ dos.§.j.Præterea si videmus ĩ casib. ĩ q̃b.post ꝑmã ꝯdẽnationẽ pecuniariã q̃ qs ñ pōt soluer̃ iudex ꝯmutat eã ĩ corporalẽ, certè clarũ est scđam sñiã ex primo seu ꝓ primo delicto eẽ.vt. C.de ser.fugit.l.qcũq;.& ď iniur.is.l.si qs iniuriã.& de pę.l.prima in fi.& facit qđ no.do.ĩ l.si ñ ꝯuitij.C.ď iniur.in 22.q.¶Ex ꝯ ꝙ possit appellare.facit qa vr̃ ꝯdẽnatus ex nouo maleficio.s.ex accusatione ñ ꝓ prima ꝑcussione.& vr̃ casus.ff.de pęn.l.relegati.& l.aut dãnum.§.qsqs.& l.ca.italiũ.§.ĩ exulib.ex q̃b.vr̃ ꝙ nouum sit maleficiũ.& ꝓ nouo maleficio ꝯdẽnet̃. ¶Cõcludẽdo ĩ hoc puncto dico, ꝙ qñq; pœna ĩposita in prima sñia est, ꝙ ꝯmutat̃ in aliã absq; nouo delicto ex cã tñ: vt ꝑꝑ paupertatẽ, tũc ñ est dubium ď primo maleficio ꝯdẽnatum esse, & appellar̃ ñ posse, sicut primo ita dñt oĩa iura.s.ꝓximè ad hoc alleg. Qñq; ꝑ sñiã scđã prima pœna auget̃, seu noua ĩponit̃ ex aliqua coadunãtiã seu cassatione vl̃ delicto post primã sñiã ꝯmisso.& fit qñq; ex dispõne alteri⁹ legis, q̃ illius q primã pœnã imponit, & tunc dr̃ nouum delictum & noua accusatio.vt d.l.relegati.& d.§ in exulib.& tunc ꝓhibitio appl̃onis facta in primo crimine nõ extẽdit se ad illud. Qñq; prima pęna auget̃ ex virtute illius legis, & tunc ꝯtingit duob.modis. Primò quia facit aliqs ꝯ ea q̃ in prima sñia expsa fuerunt. & tunc ex prima actione & prima cã cõdemnatus vr̃, vt in actionib. arbitrariis, vt ĩ iurib.s.alleg. Qñq; aliqđ ꝯtigit aliquo actu seu ꝯtumacia ꝑ q̃ ñ fit ꝯ ea q̃ in prima sñia deuenerunt expsè, licèt aĩs delictum ñ esset nisi primum ꝓcessisset. tunc ex delicto nouo, & lege noua vr̃.vt l.q cum vno.§.ij.& iij.ff.ď re mil.C.de epis.& cler. l.q cunq; residentib.& in Aut.de sanct.episc.§. si monachus.¶Nunc igit̃ in q̃one proposita, iudex non debuit ꝓcedere qa vel debuit iterrogare eum ante primã sñiã q volebat vel primã ꝑcussionem recipere vel ꝯdemnari ĩ q̃titate illa. vt ꝓbat̃ ĩ l.si qñ.§.si hr̃s.de lega.j.& no.ff.de act.emp.l.j.in gl.Mag. vel debuit ꝯdẽnare in illa q̃titate parua.& qđ tenet̃ sir̃ recipere ꝑcussionem vl̃ soluere illam q̃titatem maiorem, & sic potuisset dare sñiã, vt isti.ď act.§.curare & l.eum qui certarum.ĩ fi.de verb.obl.& si hoc fecisset ꝓ prima ꝑcussione ꝯdemnat⁹ cẽt, & ñ posset appellare. Idem dicerem si solum ꝯdẽnasset eũ ad recipiendum similẽ ꝑcusionem, & postea ĩ scđa sñia ꝑꝑ recusationẽ ꝯdẽnasset eũ ĩ q̃titate, qa fecisset ꝯ ea q̃ ĩ prĩa sñia ꝯtinent, vt dictum ẽ ĩ arbitrariis, & similib. sed ĩ casu ꝓposito stultus iudex ꝯdẽnauit eũ ꝓ ꝑcusione ĩ certa q̃titate parua, & ꝯdẽnauit eũ ad recipiẽdum similem ꝑcussionem, & illa q̃titas prĩa ĩ q̃ ꝯdẽnatus fuit: fuit soluta. ñ pōt ꝫ dici, ꝙ ista sñia fuerit ꝓ prima ꝑcussione, cum iã ď illa fuerit ꝯdẽnatus.& ex eodẽ delicto ñ debuit bis ꝯdẽnari. vt l.Senatus.de accu.cum simi. De necessitate ꝫ est, ꝙ vltima ꝯdemnatio est tãq̃ ex nouo, & ꝓ nouo delicto.s. ex noua recusatione, & sic possit appellari cum nõ sit ꝓhibitum. C.ď appe.l.& ĩ maiorib.¶Nõ ob.qđ dr̃, ꝙ verba statuti, sunt scripta ĩ rem q̃ ita intelligo verum ꝙ ꝯprehendit mãdatores & si.quorũ obligatio hẽt ortum ex ipso ďlicto iã ꝯ mãdatũ.igit̃ ex ďlicto postea secuto ꝑꝑ maleficium ꝑcedẽs, vt no.ĩ l.prĩa.§.ꝑsuadr̃.ď seruo corrupto.& no.ist.ď obl.q̃ ex delic. nascun.§.oper̃.meritò illi dñt pro tali maleficio ꝯdemnati. Sed ĩ proposito fuit condemnat⁹ ex obl.q̃ habuit originẽ ex vno facto.¶Nec ob.si fortè dicas, ꝙ statutum dicat ꝙ ꝯdemnatus pro ꝑcusione ñ possit appellare, & sic dictio.pro, significat cãm remotã, sicut ꝑꝑ sic dictio, ob.vt C.ď legi.l.ñ dubium.l.j.si seruus extero.& l.eo tpe.ĩ fi.ď pecu.qa dico ꝙ
2 hoc falsum ẽ, qa † dictio, pro: significat cãm proximã, & finalem. C.de do.l.si qs pro redemptione.de leg.2.l.Lucius.§.ď alimentis. & vbicũq; reperies ꝙ dictio, pro: ponet̃ pro ꝑꝑ, & sic significaret cãm remotã, ĩpropriè poni.& sic no.gl.ff.de pec.leg.l. Dñs. Sti-
3 cum.in prin.¶Sup scđo puncto † dico, ꝙ licèt nõ hẽat legitimã

 personam

psonā stādi ī iudicio, ñ ppea prohibeē peteē resti.ī īteg. vt plenè
4 disputaē ī fi.C.si ꝗ momē.po.l.j.ī gl. Sup iij † dico, ꝙ eo ipo, ꝙ snīā approbauit. & p ꝯsequēs vr̄ bñficio appl̄onis renūciasse.fuit læsus nullo alio probato.ff.de mino.l.si minor 25.an.§.illo.vbi tex.
5 & gl. ¶Sup quarto † an liceat mutaē volūtatē vsq; ad snīā,& vr̄ ꝙ sic qa hēt electionē à lege,ḡ,&c.vt l.eū q certarū,ī fi.ꝗ ver.obl. pro hoc facit.ꝗ inof.test.l.Papi.§.meminisse.& ꝗ ope.lib.l.cū maior.§.accusasse.& in l.in seruitute.§.petiisse.ff.de his q p metū iu. l.alia.& qd̄ no.C.de iu.om.iud.l.in criminali.& qd̄ no.Dy.ff.rem rat.hab.l.amplius ñ peti.¶Cōtrariū credo,qa statutū dicit,si recusauerit,&c.qd̄ est futurū subiūctiui.ḡ si semel r̄cusat,amplius mutaē ñ pōt.vt l.si stipulat⁹ sim Stichū,ī prin.ꝗ ver.obl.Nō.ob.l.eū q certarū.in fi.qa hēt electionē à lege tacitè.q̄ vr̄ ꝯcessa p futurū īdicatiui.s.qd̄ volet.Et sic licet variare.vt ibi no.hic tñ ē expressū futurū subiūctiui.Nō.ob.alia l.in ꝯrium allegata.quia in illa non dr̄ delictū pfectū ante snīā, iō licet pœniteē:hic verò ꝗlictū est pfectū sola recusatione.
6 ¶Sup qnto vr̄, † ꝙ sibi ñ ꝗbeat ꝯcedi restō.qa vsus est iuē cōi nā qlibet pr̄fam.elegisset pœnā pecuniariā pro corporali.vt l.ī seruorum.ī fi.ff.de pę.Cōtrariū ēt puto ꝙ ista fuerit euidēter fatua electio.nā primo depauperat ex eo ꝙ soluit magnā ꝯdēnationē.Itē sibi remanet inimicitia ex qua ꝯsueuit seq mors & patrimoniorū destructio.vt notoriū est.& probaē.ff.so. ma.l.pe.in prin.meritò ḡ læsus est.& sic nō obst.d.l.ī seruorū. qa esset inimicitia,q̄ peior est illa parua pœna ꝯsulo tñ ꝙ dn̄s Girardus faciat probationes qualiter vel q̄uo ſm qualitates statuti, &
7 ꝯdōnē snīæ sibi hoc expedit.¶Sup vj † dico, ꝙ illud iuŕm hēt ī se duas ptes.¶Primò ꝙ iurauit dicere veritatē,& p hoc ñ ꝓhibetur petere restōnē.qa auth.sacra puberū.C.si aduersus vēd.loqē ī iuro ꝗ futuro ꝗ ñ veniēdo ꝯ.istud aūt iuŕm ē ꝗ pterito, & ꝗ psenti: nec ad futurū porrigiē.tūc.n.dixit veritatē,qa sic volebat, & ñ dixit veritatē,qa sic vult.arg.ꝗ dā.īf.l.q bona. §. si qs stipulat⁹.Itē est lōga dr̄a inter iuŕm ꝗ pterito,& iuŕm de futuro vt l. si qs maior. C.de trāſ.& de ꝯd.inst.l.q̄ sub ꝯdōne,& qd̄ ī eis no.habet et scd̄ā ptē illud iuŕm.s.parere mādatis.hoc etiā debet intelligi,si curia istud mandauit.vt c.Quintauallis.de iureiurā.& de oper.liber.l.liber.ff.pro so.l.si societatem.§.arbitrorum.

CONSILIVM CII.

1 *Quid sit probandum in probando aliquem negligentem.*
2 *Testes deponentes super negligentia debent super ea coarctatè deponere respectu certi loci vel temporis.*
3 *Testis debet deponere super eo, quod sensu percipit.*
4 *Testes volentes probare negatiuam debent affirmatiue deponere super actu ex quo negatiua resultat.*
5 *Qui teneatur de maleficio inquirere, vt excusetur, q̄uo probet diligentiam.*

Charissime Dn̄e isti nr̄i Nucerini īqsiti sūt à dn̄o recto re ducat⁹ & ei⁹ curia ꝙ ipsi fuerūt negligētes,& remissi in capiēdo certos homicidas: ex q̄ crimine īposita ē certa pęna ciuitatis scd̄m formā ꝯstitu.ꝓuincialiū,sup qua īqsitione examinati testes dn̄t, cōe & hoīes dictæ ciuitatis fuisse negligētes,vt ī dicta īqsitiōe ꝯtineē:nec r̄ddūt cām sui dicti.necfuerūt īterrogati.ā exeorū dictis sit ꝓbata īqsitio,&si ñ ex ꝓbatū qd ꝗbuisset fieri ad eā ꝓbādā.& qd cōe hēat faceē ad suā ꝗfēsionē ꝓbādā,qaista q̄tidiana sūt tā ꝓ psēti q̄ ꝓ futuro:rogam⁹ vt plenius scribeē placeat.Alex.Episcopus Nucerin⁹ &c. ¶Reuerēde mi pr̄ & dn̄e.ea ꝗ qb.q̄ritis lōgā p̄meditationē reqrūt,& ēt hoīem aliis nō occupatum,obest ēt cum hoc,ꝙ ego qdē nunc ī prin. Gymnasij sum multis occupatus lectionib.vñ ex eo qd videē potui in illo modico tpe qd̄ ad hoc īuestigādum adhibui rescribo q̄ sentio.Et p̄mo anteq̄ ad psentē īqsitionē veniam⁹,vidam⁹ ī gñe si vo
1 lo aliquem probaē negligentem,qd probare debeā.† & certè qñ qs in obligatione teneē ad factum certum limitatum tpe & loco & tunc eo ipso ꝙ illud ñ facit est probata negligentia eius, nisi ille ostēdat ꝗ īpedimento.vt l.3.§.fi ad diem.ꝗ re mil.&l.q ꝯmeat⁹. & ff.si qs cau.l.2.§.sꝗ & si qs.cum simi.Qñq; qs teneē ad aliqd faciendum ī gñe:vt in casu proposito teneē cōe ad capiendum malefactores,tunc ad ostendendum negligentiam cōis,dēt probare primo cōe sciuisse illud maleficium esse ꝯmissum illo tpe & loco vt ff.ꝗ admi.tu.l.qdā ꝗcedēs.§.fi.cū l.seq.qd̄ puto probabit si erat publicè notum.vt probaē expsse.C.ꝗ pericu.tu.l.j.§.sed facti.& l. nec supina.cum simi.Itē hēt ꝓbare ꝙ locus ille vbi maleficiū fuit ꝯmissum erat ita prope ciuitatē,villā vel habitationem,ꝙ si hoīes solicitè trāsissent & rumores fecissent,& alia q̄ circa hoc reqrūē scd̄m facti accidentiā,ꝙ dictos malefactores capere potuissent. hoc probaē p similia.Si.n.volo tutorem probare fuisse negligentem in mutuādo pecuniā,dēo probare verè vel psumptiuè ꝙ ī ciuitate erāt hoīes qb.potuisset dicta pecunia mutuari:al's ñ probareē negligentia.vt ff.de admi.tu.l.tutor scd̄m dignitatē.§.j.Item si volo probare tutorem fuisse negligentem in emendis pdiis, debeo probare ꝙ pdia vtilia repeńebāē q̄ emere potuisset.vt ī Aut. de vte.fra.q hr̄.§.j.col.6.Item si volo quem probaē fuisse negligētē in eo qd̄ potuit p aliū geŕi,dēo ꝓbare ꝙ facile erat sibi alteri ꝯmittere.vt l.ideq;.ff.p soc.ꝓ hoc vr̄ expssum.& ē ī terminis nr̄e qōnis.ff.ad Sil.l.j.§.si qs ī villa.& §.seq.& §.eodē tecto.& C.ad sil. l.fi.& hoc probato nisi ex alia parte probareē diligētia cēseē probata negligētia.si tñ posseē r̄periri testes q dicereē eos omisisse ꝯhære,& prosequi ꝯ malefactores & facere pdicta q̄ facere poterāt,& reddāt rōnē ꝙ erāt psentes ī loco in quo ñ potuisset id fieri qn ipse testis vidisset scd̄m formā notatā ī Auth.ꝗ hęr.& Fal. §. si verò absunt.& tūc eēt probatio clarior.Sup eò verò qd̄ in actu psenti q̄riē,an illi testes q dn̄t cōe & hoīes fuisse negligētes,& nihil aliud dn̄t probēt vel nō dico īqsitionē hāc ñ esse probatā.qd̄ pr̄bo.qa diceē aliquē eē negligētē,est qd iuris negatiuè seu priuatiuè:sic probaē,negligentia.n.nihil aliud est q̄ priuatio diligētiæ.& priuatio & negatio idē sunt.vt ff.ꝗ ver.obl.l.īter stipulātē.ī prī.vbi no.qd̄ ista verba,dolum malum abesse dicāē, negligētia. vt ibi no.ī gl.ff.ꝗ doli.excep.l.fi.ī fi.ī gl.fi.facit ꝗ acq.pos.l.j.§. j. &
2 qd̄ ibi no.sꝗ testes † q ꝗponūt sup negligētia nisi hēāt coartationē certi loci vl̄ tpis nō pn̄t eā probare.ex.ꝗ cau. poss. & propriè. c.cum eccl'ia Sutrina.facit C.de prob.l.actor.& qd̄ ibi no.do.Præterea negligētia non est aliqd formatū qd̄ sensu pcipiaē:nec eius essentia pcipiē visu, vel auditu,vel alio sensu corporeo.sꝗ alij act⁹ supradicti pcipiunē visu,ex qb.actib.colligimus negligentiā p ī-
3 tellectum.Sed qñ testis † deponit dēt deponere sup eo qd̄ sensu percipit.vt C.de test.l.testium.§.si verò absunt.& no.In.ex.de test. c.cū cām.qd̄ hic nō fecerunt.ḡ &c.Præterea illi q dn̄t de negligētia tm̄,nec reddunt rationē p aliquē sensum corporis,magis iudicant p intellectum q̄ testificenē de facto ad qd̄ sunt adhibiti.&sic nō vr̄ valere.C.de excep.rei iud.l.si vt proponis.& hoc no.expres
4 sè p In.in d.c.cū cā.ex.de testi.Præterea † testis qui vult probare negatiuā debet affirmare illum actum vidisse ex quo illa negatiua resultet.vt docet nos Imperator ī d.§.si verò absunt. in Auth. de hære.& Fal.cōcludiē ḡ testes nō probare.¶Ad vltimum quòd
5 † quæritis quid dēat probare cōe ad sui defensionē,dico ꝙ multa pn̄t occurrere scd̄m diuersa facti accidētia.ponā vobis aliqua. Primò ꝙ maleficium fuit cōmissum in loco absconso & secreto. vt ff.quod vi aut clā.l.semper.§.hoc interdictum.versi.sed is.nec. n.pōt imputari cōi si ignorauit,& occisores reperiri non potuerunt.vt l.si ratio.C.de his quæ vt indi.facit l.annis.de calum.Item ꝙ maleficium fuit factum in loco propinquo flumini vel contiguo ciuitati vel comitatui,et ꝙ antequam hoīes possent trahere poterant flumen vel confinia transire , ita ꝙ postea capere non poterant.vt ff.de nox.l.in delictis circa prin.de edil.edic.l.quid si fugitiuus.§.inde Cęcilius.Item poterāt ꝗ facili in aliquod nem⁹ vel syluā fugere,ita quòd difficilis vel quasi impossibilis erat eorum psecutio.vt l.nāliter.ff.de acq.rer.do.& ꝗ acq.pos.l.3.§.Nerua.Item ꝙ tale maleficium fuit factum clam sine rumoribus : ita ꝙ non potuit præscri.vt ff.ad sil.l.j.§.occisorum,& §.seq.Item ꝙ fuit factum in loco remoto ab habitationib. ita ꝙ exinde nō poterant exaudiri voces clamantium.vt d.l.j.§.eodem autem tecto. et §.si quis in villa.et C.ad sil.l.fi.Item quòd cōe tunc et hominesi erant occupati circa alia necessaria magna vel æquè necessaria. arg.l.j.§.si cum omnes.ff ad sil.ff.de re iud.l.contumacia.§.contra ctus.et §.quid ad manus.Item quòd dictum delictum vel homicidium commissum fuit eo tpe, quo erāt clausæ ianuæ ciuitatis vel erat suspicio in ciuitate,ita quòd hoīes exire non poterāt ad eos capiendos.vt l.si quis in graui.§.subuētum.ff.ad Silla.Item ꝙ erat tanta multitudo malefactorum quòd capi non poterant sine bello magno.vt C.de epi.audi.l.addictos.& de rap.vir.l.raptores.& de his q latro.occul.l.fin. Item qa illi malefactores statim reduxerunt se ad aliq̄ arcē seu rochā seu munitionē inexpugnabilem in qua non poterant capi vt ff.ad l.Iul.maiesta.l.3. Si tñ illi qui locum illum tenent sunt eorum iurisdictionis scilicet cōis consilium est,quòd eis faciat præceptum quod restituant malefactores ſm formam dictæ l.fin.C.de his qui latro.occul.Item illi malefactores statim intrauerunt ecclesiam vel monasterium vel locum religiosum.vt extra.de immu.ecc.c.inter alia.C.ꝗ his q ad eccl.confu.per totum.Et oīa ista si bene aduertantur , faciūt ꝙ communi non potest imputari negligentia.Potest etiam cōmune probare suā diligentiam,Primo quod totum ciuile officiū id est officiales ciuitatis transierunt vt illos possent cōprehendere,vt d.l.fi.C.de his qui latro.& de raptu.virg.l.j.§.finautē post cōmissum.Item quòd posuerunt custodes ad loca cōfinia vñ verisimiliter poterant dicti latrones insurgere.vt C.de offi.prę.Afri.l. in nomine dñi.§.secundum.Item quòd rumor fuit contractus in ciuitate vel castro vt omnes traherent ad capiendum malefactores.arg.l.prætor.§.si quis tñ.ff.vi bo.rap.& ad sil.l.j.§.tulisse. vel cāpana sonata.vt no.in l.fi.de dolo.& l.aliud.§.refertur.de regu.iur. Item quòd diligenter fuit perquisitum per oīa loca vbi potuerāt verisimiliter esse dicti malefactores.vt d.l.iij.§.nerua. ff. de acqui. poss.Item factum fuit præconium p ciuitatem,quòd quicunque indicaret talem,haberet tantū de auro communis. & qui scirent & non indicarent punirentur,argumen.C.de his q in priorū credi.loco succedunt.l.prima.ff.de iniuriis.l.j.§.nō solū. ibi metu pęnarum &c.Et ad sil.l.lex Cornel.cum similib.multa etiā alia possunt

funt occurrere ad ostẽdẽdã diligentiã. ¶Tñ circa hoc vnũ est aduertendũ: qa ista debeãt fieri verè & nõ fictè. vt qñ fit sine authoritate iudicis, & de fictiõne posset ꝯstare, nihil tñ prodesset. vt ff. ad Silla. l. j. §. accusator. & ista breuiter potuit ꝯprehendere Bartolus.

CONSILIVM CIII.

Punctum Quæstionis tale est: quia quæritur an notarius condemnatus ex aliqua causa extra munus officij notariatus quod eum facit infamem, possit conficere instrumenta &c. istud est superfluum vt patet s. in consil. 77.

CONSILIVM CIIII.

1 *Corrigi quis nõ solũ occasione delicti dicitur: sed etiã vt bonis morib. instruatur.*

2 *Quomodo probatur magistrum percussisse discipulum causa disciplinæ.*

Visis Testibus examinatis ad defensam Andrucioli Vinoli Pelipañ. super actione formata ꝯ eum de percussione discipuli, dubitatur vtrũ ꝑ dictos testes sit tñ probatũ, ꝙ sufficiat ad defensionem d. Andrucioli, ita ꝙ veniat absoluendus, sup quo facit dubium. quia non ꝯtinetur in articulo causæ, quare dictus a Nicol. dẽret corrigi, [a] nec ꝙ tunc malefecerit vel parũ certè. Scdò facit dubiũ, qa ꝙ d. Andruciolus faceret animo corrigendi, non cadit in aliquem sensum corporis testis, & sic probatio nil valere 1 videtur. Ad primũ dico, ꝙ † nõ ob. nã corrigi dicitur qs, qñdoq; occasione delicti ꝑ eũ ꝯmissi. & sic loqtur. l. j. C., de emenda. propin. Qñque dr̃ quis corrigi, vt bonis morib. informet̃, licet nullum præcedat delictũ. nam feruẽtis est discipuli timere magistrũ. vt ex. de sen. excõ. c. cũ voluntate. in fi. vbi apertè ꝓbatur, ꝙ verbum corrigẽdi, hẽt̃ duas significationes. nã omne qđ fit causa disciplinæ est impunitũ vt ibi patet. & eo. tit. c. cum nõ ab homine. §. psbyterũ. & ideo. l. sed & si quacunq;. §. fi. circa prin. ad l. Aquil. dicit, si magister in disciplina vulnerauit &c. No. qđ dicit in disciplina. q. d. siue causa de delicto corrigẽdi seu cã disciplinãdi & informandi. & vtrunq; dr̃ correctio. Præterea ea q̃ ꝯtinẽtur ex verborũ virtute illius articuli sunt plenè ꝓbata, vt ostendã, ergo &c. ¶Præterea dico etiã si dictus articulus nõ esset factus ꝓbata esset 2 defensio d. Andrucioli vt ĩ. ostendã Ad secundũ dico, † ꝙ sufficiẽter probatum est, ꝙ causa disciplinæ. i. causa admonẽdi & docẽdi & informandi eũ in dicta arte. & hoc ꝑ Salmiciũ testẽ inductũ & Vagũciũ, interroganti si d. Andruciolus dicto tpe habebat curã & solicitudinẽ d. Nicolai vt de eius discipulo & socio. & si docebat eũ vt discipulũ ĩ d. arte, dixerũt ꝙ sic. interrogati qũo sciebãt? dixerũt qa viderũt &c. Licèt. n. hoc qđ causa docendi & monẽdi fecerit, nõ posset vider̃ aliquo sensu corporeo, tñ hoc põt videri, ꝙ illo tpe quo ipse percussit eum, vt discipulum, docebat & monebat. & istud dixerũt & viderunt. & ex hoc sciebãt ꝙ animo eũ docendi & corrigendi, nã sicut illud qđ quis facit qñ ludit præsumitur cã ludi. vt l. iij. & ibi no. ff. de iniuriis. ita illud quod facit qñ docet ꝓsumitur facere causa docendi & disciplinandi. & hoc est quod vult tex. in d. l. sed si quicunq;. §. fi. ff. ad l. Aquil. sufficit ergo ꝙ sit factum in disciplina. hoc est tpe quo quis alium disciplinat & docet. quia statim præsumitur quod nõ fecit animo iniuriandi. Præterea posito, ꝙ dictus articulus factus non fuisset: sed super eo testes nil dixissent de causa, defensio esset probata. nã probatum est plenè ꝙ dictus Andruciolus erat magister. & d. Nicola. erat discipulus: vnde ex qualitate ꝑsonę. quia magister, & ex qualitate percussionis qa cœpit per auriculã & dedit ei alapam. q quidem actus scd̃m mores nostros magis ad correctionem q̃ ad iniuriam fieri ꝯsueuerunt. præsumitur ꝙ non animo iniuriandi. vt l. j. C. ad l. Corn. de sicar. & hoc expressè tenet gl in l. eum qui. eo. tit. Cum ergo de qualitate personæ & percussionis hoc præsumitur, non est necesse ꝙ exprimatur delictum ꝑꝑ quod corrigebatur. Concluditur ergo ex prędictis, ꝙ prędictus Andruciolus ex probationibus sit absoluendus, vel debeat sibi dari sacramentum purgationis, & eo præstito absolui. vt not. glo. in d. l. j. C. ad leg. Corn. de sicar. & ita determinat Bart. Saxofer.

ADDITIO.

a ¶Corrigi. Vide Alex. conſ. 75. iij. lib.

CONSILIVM CV.

1 *Processus factus à iudice recusato ex legitima causa quòd sit nullus.*

Processus factus ab inimico capitali notorio etiam nulla recusatione proposita est nullus ipso iure.

2 *Obligatus stare in iudicio & se defendere intelligitur arbitrio boni viri.*

3 *Vbi non est iudicis copia, potest quis sua authoritate facere.*

Quãdo nõ põt à iudice appellari qs nõ incidit in pœnã si non paret eius iudicio.

4 *De iure ciuili sufficit allegare causam suspicionis: nec requiratur alia probatio.*

5 *Difficultas præstationis quòd excusat à pœna.*

Inquiritur Contra dñm Io. de Pisana ꝑ syndicum ciuitatis Perusij, ꝙ nõ stetit ad syndicatum in Ciuitate castelli tpe debito, ad cuius defensionẽ inducit̃ instr̃m recusationis & ex causis certis. s. qa syndicus illius terræ erat ei inimicus capitalis, vt in instr̃o latius patet. ꝑ qđ dr̃, quia ex eo ꝙ ille non eligebat & recusabat arbitros q de suspicione cognoscerẽt, dictus dñs Io. nõ tenebatur sub suspecto iudice litigare. Contra qđ per aduersariam partẽ dr̃, ꝙ licet iudex sit recusatus nihilominus pŏ ꝓcedere & ꝓcessus factus ab eo valet nisi appelletur. vt not. Inn. in c. cũ speciali. de appel. & ideo ꝑ recusationẽ iste nõ fuit exẽptus ab illius iudicis iurisdictione, & sic stare tenebatur. Itẽ opponitur, ꝙ recusatio non fuerit facta adiecta causa. quæritur qđ iuris. ¶Et opponit̃ ex facto ꝙ ille syndicus iudex ciuitatis castelli in tpalib. non agnoscit superiorẽ. Itẽ inq̃ritur ꝯ eundem, ꝙ non exhibuit instr̃m sñiæ sui syndicatus, ad cuius defensionẽ ꝓducitur instr̃m, ꝑ quod apparet ꝙ per eius procuratorẽ fuit à iudice & à notario petita copia sñiæ & fuit sibi denegata. ꝑ qđ aliter nõ poterat dicere qđ eum exhibere nõ tenebatur. Ab aduersa parte dr̃, ꝙ difficultas punitionis eũ non excusat. vt l. ꝯtinuus. §. illud de verb. obl. qđ ẽt inducitur. l. ij. §. fi. cũ l. seq. ff. si qs cau. q̃ritur qđ iuris. Sup primo 1 † dico de iure, ꝙ licet dictus do. Ioan. nõ stetit ad syndicatũ nõ venit puniendus. licet. n. Inno. dicat ꝙ non meminit se legisse ꝙ valet processus, ego dico qđ memini me legisse, ꝙ facta recusatio a ne [a] ex causa legitima, est exẽptus omnino à iurisdictione iudicis recusati. casus est C. si qua prædi. po. l. j. in fi. hoc ẽt tenuit In. & tenet Host. in summa. de offi. deleg. §. j. & ipse Host. refert in d. c. cũ speciali. & ibidem Io. And. in nouella. & tenet Host. in summa de offi. deleg. §. quis sit effectus & hoc potissime est verũ, si cã recusationis est inimicitia capitalis notoria: tũc etiã recusatione nõ ꝓposita processus est nullus ipso iure. casus est expressus hodie. ex. de re iud. c. pastoralis. in cle. Primò posito ꝙ esset verum ꝙ valeret processus nisi appelletur, hoc nil ad propositũ. non. n. q̃rimus an valeat processus nécne: sed an d. Io. teneat̃ stare syndicatui coram illo iudice: & si nõ stetit, incidat in pœnã. & certũ est quòd nõ: qa 2 qñ † qs est obligatus stare in iudicio & se defendere, intelligit̃ arbitrio boni viri. vt l. vir bonus. ff. iudica. sol. Sed vir bonus arbitraret̃ eũ non debere stare in iudicio corã eo, qñ habet suspectũ iudicẽ de inimicitia capitali. vt not. in l. vir bonus. & de proc. l. si post dationẽ. & l. inuitus. §. fi. & d. c. pastoralis. Itẽ vir bonus. i. iudex, nõ arbitraret̃ ꝙ qs deberet stare iuri corã illo iudice quẽ recusauit vt suspectũ. & si ille nõ vult arbitros eligere, sed procedit, ideò hoc faciendo grauat partẽ, & ista est iusta cã recedẽdi & appellandi vt ipsa ps aduersa ꝯfiteret̃. Præterea illud qđ dẽt appellare esset verũ, vbi esset iudex superior, ad quẽ posset appellari: sđ hic non est: qa iudex in tpalib. non recognoscit superiorẽ. ergo licitè sua autori 3 tate potuit recedere nõ appellando ꝑ iura alleg. † q̃ dicũt, vbi nõ est iudicis copia põt qs sua autoritate facere. vt no. C. de iud. l. nullus. & probat̃. ff. qđ vi aut clã. l. si alius. §. bellissimè. ff. q in frau. cred. l. ait ꝑtor. §. si debitorẽ C. de decur. l. gñali. lib. x. Præterea cum nõ posset ab illo iudice appellari vt dictũ est: ideo nõ incidit in pœnã si eius nõ paret iudicio. casus est expressus. ff. de arbit. l. nõ distinguemus. §. cũ qdã. vbi licet à sñia arbitri nõ posset appellari, tñ ex tali causa nõ parẽdo suo iudicio excusat̃ à pœna de iure canonico. dic vt no. in c. scdo reqris. de appell. Primò illa Ciuitas castelli negat se subiectã ecclesiæ Rom. Et sic ibi debemus stare iurib. ci- 4 uilib. Sed de iure ciuili † eo ipso ꝙ qs allegat cãm suspicionis, sufficit: nec reqrit̃ alia ꝓbatio. Sed hoc ꝑ probatione habet̃, vt not. C. de iu. l. apertissimè. & no. ff. ad Treb. l. qa poterat. maximè hoc verum est si hoc affirmant ꝓprio iuro, ex quo tollit̃ oĩnò suspicio calũniæ. vt expressè dicit Spec. in tit. de recusa. §. qualiter. vers. qđ si ꝓsumptio. Ad vltimũ ꝙ dr̃, qđ non recusauit in certa cã. Rñdet̃, ꝙ hic nõ est necesse, imò põt fieri recusatio gñaliter à qualibet cã etiã futura, tex. est in d. l. j. C. si quacunque præd. pote. Super scdo, 5 † dico ꝙ difficultas illa prestationis excusat dñm Io. à pœna. casus ẽ ff. ad Treb. l. Titius. de dil. l. si vehẽda. §. idẽ iuris. licet difficultas ñ ĩpediat ꝯhi morã & pœnã ꝯmitti. & hoc dicit gl. ĩ l. qđ te. ff. si cer. pet. & etiã gl. sup verbo, teneri. Non ob. l. fi. in fin. si qs cau. qa imò facit pro. qa hic fuit magistratus q impedit. & talis ꝯ quem ꝑꝑ absentem non põt haberi regressus. vt l. fi. de eo per quem fac. erit.

ADDITIO.

a Recusatione. Vide late Rom. conſ. 290. vbi refert, quinque opi.

CONSILIVM CVI.

1 *Statutũ ꝙ percutiẽs aliquẽ cũ armis puniatur in decẽ. nõ cõprehẽdit percutientem cum dentibus: sed punitur pœna statuti punientis percutientẽ cũ manu.*

2 *Dentes non sunt arma: nec veniunt appellatione armorum.*

3 *In criminalibus etiam si non sit statutum proceditur de similib. ad similia.*

1 Statuto † Castri plebis, sub rubrica de ꝑcutientib. aliquẽ cũ armis, cauet̃, ꝙ puniat̃ in decẽ. & alio de ꝑcussione facta cũ manu ꝙ puniat̃ in v. Quærit̃ qualiter puniat̃ ille q aliquẽ ꝑcussit cũ dẽtib. ꝓpriis in digito manus alterius. Ad qđ rñdet̃, ꝑ dẽat puniri pœna scđi statuti loquẽtis đ ꝑcussione cũ manu sub pœna v. solidorũ, si ñ fuit in facie, qđ sic ꝓbo: statutũ primũ loqt̃ 2 đ percussiõe cũ armis. vt patet ĩ rubro & nigro. † sed appellatione armorũ dẽtes nõ ꝯtinẽtur, vt l. pe. §. telorũ. ff. ad l. Iul. đ vi pub. & de fur. l. si pignore. §. furẽ. dẽtes. n. nõ dicũt̃ arma: sed pars corporis, vt l. j. §. j. ff. đ va. & extraor. cog. ff. de ædil. edict. l. cui dẽs. Præterea si illud qđ qs facit cum dentib. diceretur facere cum armis nũquã aliquis diceret̃ ire sine armis, cum omnes habeant dentes.

veritas ergo est q̃ dẽtes nõ dñtur arma: nec ex his aliqs dr̃ armatus: nec cũ armis facere. casus est ff. de vi & vi ar. l. iij. §. armis. & l. deiectus, & ad l. Iul. de vi pub. l. armatos. & sic ꝯcludit, q̃ ex vigore primi statuti loquẽtis de ꝑcussione cũ armis nõ põt puniri. puniatur ergo pœna ſcdi statuti de ꝑcussione cum manu, qm̃ sicut manus est mẽbrum, ita etiã dens, cum nõ reperiat̃ de ꝑcutiente cum dente, ꝓcedẽdo de similib. ad similia ſm̃ formã statuti: sed similis
3 est ꝑcussio cum manu vt dictũ est. ergo &c. † Præterea si nõ esset statutum, q̃ nõ ꝓcederetur de similib. ad similia, hoc fieri dẽt de iure cõi. nã certum est, q̃ hodie in imponendis pœnis pro maleficiis legib. scriptis omnib. vtimur: sed his casib. etiam in scriptis quib. non vtimur recurrimus ad simile statutum. & ad consuetudinem. ff. de leg. l. de quibus. circa prin. sic ergo in proposito. Bar.

CONSILIVM CVII.

a nõ gaudeat priuilegio Hospitalis, sicut ñ tribun⁹ militum,ª q̃ nõ est de corpore, seu numero militũ, sic nec ꝓ rebus, de q̃b. dr̃. in d. c. ꝑ executionẽ. Sic ergo ipse non est exemptus, posito ꝙ locus esset exẽptus rõne originis, tñ ipse fiet de iurisdi. epi. vt C. vbi de cri. agi. opor. l. j. & de interdi. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. Concluditur ergo dictum vicarium bene pronunciasse. Bar.

ADDITIO.

a ¶Sic vt non tribunus militum. Adde, ꝙ l. quod constitutum. ff. de test. mil. superius alleg. videtur probare contrariũ. nã ibi loquitur de tribunatu finito.

CONSILIVM XXVIII.

1 *Statuto stante quòd causæ inter consanguineos compromittantur, consanguineus venditoris comparet, & agit contra emptorem, venditor præsentat se in iudicio, & petit compromissum fieri ex forma statuti.*

2 *Compromittere quis an cogi possit.*

a 1 Consilium Pisanæª ciuitatis† decreuit, ꝙ de oĩb. liti. veniẽtib. ĩter ꝯiũctos vsq; in tertiũ gradũ, teneaꝝ iudex ad petitionẽ vnius partis hoc petẽtis cogere aliã partẽ đ ꝓdictis ꝯpromittere ĩ eorũ arbitros & amicos coẽs q possint de plano, & oĩb. dilatioĩb. resecatis, cogere & diffinire, & obseruare laudũ. & nõ possit dici de nullitate, nec reduci ad arbitriũ boni viri. Mõ accidit, qđ Titius vẽdidit fundũ cuidã ex̃neo, à quo ex̃neo Germanus d. Titij vẽdicat dictũ fundũ. Titius ab emptore reqsitus defensioni se obtulit, & iudicium in se suscepit, nunc Titius petit Germanum suum cogi ad ꝯpromittẽdum, ẽm formã statuti.
b Et qđ dẽat cogi,ᵇ probãt rõnes ĩfrascriptæ. Primò rõne actiõis ꝓpositæ. s. ĩ rẽ actio, q̃ aduersus possidẽtẽ daꝝ & ex ꝑsona actiõis ipsius possidẽtis fundũ, forũ ñ declinat, vt l. vnica. C. đ alie. iu. mu. cã. fac. & l. j. C. vbi ĩ rẽ act. & l. officiũ. ff. đ rei vind. Sed ex ꝑsona actoris ñ mutaꝝ forũ. ꝓbaꝝ ff. de iud. l. vẽd. & d. l. j. C. vbi ĩ rẽ actio. sđ in casu nr̃o emptor ꝯuenit tãq̃ possessor, ideo ex sui ꝑsona ñ ꝑt declinare iurisdõnẽ primi iudicis, & petere ꝯpromitti, qa ex̃ne⁹, ẽ nec ex ꝑsona actoris posset forũ mutari de iudice in arbitrum, & sic ñ dẽt cogi ad ꝯpromittẽdum, & si inspicias in dictis duab. legib. vr̃ casus, nr̃æ q̃õnis. Scđo ꝓbaꝝ ꝓxime nõ facta ex̃pssio, sđ añq̃ istud argm̃ fundẽ, ꝓmitto qđ iõ potissime iste defensor dẽt ꝯꝓmitterre, quasi cã videaꝝ sua, cum ad eum spectet ꝯmodum & incõmodum, cum de euictiõe teneaꝝ, vt ĩ. diceꝝ. Arg. pro alia parte, q̃cũq; allegat arguẽdo, siue excipiẽdo dẽt illud ꝓbare, al's ab eo qđ petit excludit, vt l. j. C. de ꝓba. & l. ab ea parte. ff. e. ti. & l. j. de
2 except.† Sed Titius q petit cogi ad ꝯpromissum, ideo petit, ᶜ qa
c ad eum spectat ꝯmodum & inꝯmodũ, certũ est ꝙ si res euincere tur ex cã, q̃ eã ẽ vitio ipsius emptoris, qđ vẽditor de euic. ñ tenetur, vt ff. de euic. l. si rẽ q̃. & l. si mãcipiũ. ĩ prin. & l. si seruum. & l. fi. istud certũ ẽ qđ ĩ vẽdõne licitum ẽ ñ exprimere cãm ꝓximã qua re ad eum dicat dñium ꝑtinere, vt ff. đ excep. rei iud. l. & an eadẽ. §. actiões. sed sic fuit in casu nr̃o, qa indicauit eã cã ñ exꝑssa, & sic ñ apparet vtrum dicat dñium suum, ex facto emptionis, vel non. & sic ad venditorem spectat periculum, vel non, ergo & intentio non est probata, & sic excluditur ab eo quod petit. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Consilium Pisanæ. Adde ꝙ hoc cõsilium ẽ ĩ j. parte iudi. nu. 64. & ꝓ cõsilio Bar. alleg. Alex. ĩ l. si post diuortiũ. ĩ fi. ff. sol. mat. & And. Barb. in c. q̃m. §. in alijs, vt lit. non contest. & dominus meus in iure cano. d. Anto. Corse. in suo trac. de potestate regia in q. xij. in xxix. priuilegio pacis.

b ¶Debeat cogi. Adde Bar. in sua disp. q. inc. Pisanæ ciuitatis & ibi dixi in add. cũ cõcor. de q. b. ꝑ d. And. in c. q̃m. §. in alijs extra. vt lit. non cõtest. vbi examinat dicta per Bar. hic, & Alex. in l. si post diuortiũ. in fi. ff. sol. ma. & in cõsilio 66. in vij. vo. inc. in causa & lite. q. b. add. Ang. đ Are. in § actionũ. in ver. q̃ro đ nunciaui. Insti. đ act. vid. ẽt Bar. in consilio 219. inc. agit. in j. vo. & ibi scripsi.

c ¶Ideo petit. No. quod dicit Bar. hic vtrum quis possit in libello petere a iudice aduersarium compelli ad transigendum, & ad hoc no. d. Anto. Corf. in suo tractatu, de potestate regia, in xlj. q. xxix. priuilegio pacis.

CONSILIVM XXIX.

1 *Ciuis quomodo cognosci possit.*

2 *Probandi onus quem esse ciuem, incumbit ei qui dicit illũ fore ciuẽ. & nu. 3.*

a Quæriturª Iudex maleficiorum cõis Eugubij ad denunciationẽ Pet. Hercul. inq̃suit ꝯ Azolum, & inq̃sitio sup his. Hæc est inquisitio q̃ facit d. B. ex officio, nec ñ ad denunciationẽ Petri Herculani oriundi & habitatori ciuitatis Eugubij. ꝯ, & aduersus Azolum de Aretio: eo ꝙ ꝑcussit eum sine sãguine. q Azolus excusãs se ꝯfessus fuit loco & tpe in inq̃stione ꝯtentis ꝑcusisse d. Pet. semel: alia de q̃b. inq̃rit ꝯ eum negauit vera esse. Testes aliq dñt ipsum Petr. aliqui d. Petrũ. Modo sunt tria statuta, quorum primum est, ꝙ si quis ciuis percuteret ciuem vel comitatensem, & de isto nihil ad præsens. Aliud est, quod si aliq̃s ciuis ꝑcuteret forensem, &c. & de hoc nihil ad pñs. Alio etiã statuto caueꝝ, ꝙ si forensis ꝑcuteret ciuẽ, puniaꝝ in q̃druplũ, &c. cõdẽnareꝝ ciuis si ciuẽ ꝑcuteret. Post rñsionẽ ẽt q̃siti, iudex fecit q̃sdã testes examinari, & ꝯdẽnauit d. Azolũ in quadruplũ, tanq̃ si ꝑcussisset ciuẽ. Ego dico & ꝯsulo, ꝙ Azol⁹ ꝯfitẽdo ꝙ loco & tpe, &c. si de vno maleficio, & ꝑcussione ibi q̃rit, ꝯfiteꝝ de ꝑcussione vna, & alia de q̃b. inq̃rit ꝯ eũ negauit, dicere, ꝙ nõ vr̃ ꝯfiteri illũ ci
1 uẽ.† Due. n. reqrũt demõstratiões ad recognitionẽ Petri ꝓdicti, vna ꝑ ꝓpriũ nomẽ, alia ꝑ gẽtẽ à q̃ nat⁹ est. s. qa oriũd⁹, & hec scđa dat aliã formam delicto, & aliã inducit pẽnã, vt ff. đ ꝯd. & demõ. l. noĩatim. & de ędil. ed. l. qđ si nolit. §. q mãcipia vẽdũt, & ad demõstrationẽ rñdisse vr̃, aliã vero negauit, vñ vr̃ negasse formã datã delicto, & sic vr̃ dicẽdũ, ꝙ ista negatio aliqd opereꝝ & nõ sit superflua, vt ff. đ vsu. l. si stipulatus. & ff. de leg. j. l. si q̃s. ff. đ capti. & postlim. reuer. l. 4. in fi. ad municip. l. j. nihil n. aliud põt operari illa negatio, nisi vt neget ipsum esse oriundum de ciuitate Eugubij & ci
2 uẽ facit, vt C. de incol. l. cũ neq;. & l. ciues. lib. x.† hoc casu incumbit onus ꝓbãdi ipsum Petrũ eẽ ciuẽ ei q ipsum ciuẽ eẽ dixit, & si nõ ꝓbauit nõ potuit nec debuit ꝯdemnari tãquam offendisse ciuẽ, sed potius absolui, qa ẽm formã statuti diuersitas ꝑsonarũ inducit diuersitatẽ delictorũ, & diuersitas pœnarũ inducit diuersitatẽ iudicij, vñ hac qualitate adiecta in inq̃stione seu denũciatione deficiẽtis, nõ põt sequi ꝯdẽnatio licèt aliàs ꝑcussio sit probata, vt ff. de nox. l. in delictis. §. si detracta. & ff. de instito. l. hẽbat. & ff. vi bo. rap. l. ait ꝑtor. §. hæc aũt actio. ver. docere. & l. denũciasse. §. qd tñ. ff. de adult. & ff. de pen. l. aut facta. §. qualitatis. Si vero fiũt plura delicta in inquisitione, tunc dico ꝯfitẽdo semel percussisse do. Petrũ in inquisitiõe, alia negãdo, vr̃ ꝑ hoc demõstratũ ipsum referre cũ omni sua demonstratione. Sic cũ testator legat fundũ instructũ libertis cũ instr̃o, posteà in codicillis petijt, vt moriẽtes partes suas fundi restituerẽt supstitib. nec mẽtionẽ habuit instr̃i, nihilominus vñr esse repetita instr̃a, & ꝙ talis fundus in cã fideicõmissi venit, quale fuit legatũ, vt ff. de fund. instru. & instr̃o leg. l. 3. vñ per ꝯfessionẽ partis satis est probatũ ipsum est oriundũ de
3 ciuitate Eugubij.† Ad id aũt, qđ dr̃, de dicto testiũ dicentiũ, dictũ Petr. vel ipsum Petrũ, dico ꝙ testes nõ probãt oriundũ de ciuitate. Qui. n. dicit aliquẽ de aliqua gente debet hoc probare, ff. de ꝓba. l. j. & l. de iure. ff. ad muni. Sed testes sup inquisitione examinati referũt se ad locũ, & tp̃s appositũ in denunciatione: & inq̃stione & testificaꝝ de eo qđ tũc, & eo loco viderũt, & iõ nõ ꝓbãt de origine q̃ añ fuit diu, & ĩ alio loco, posito qđ hoc verbũ dictũ vel ipsũ referãt ipsũ originaľr Eugubinũ: tñ rõ reddita ꝑ testes & tp̃s & locus, eorũ dicta restringat, vt ñ probẽt, nisi ea ad quæ rõ tp̃is & loci, se extendere põt, vt ff. de cal. l. hæc actio. & de penu leg. l. nam quod liquidè. §. fi. & accedat ff. de leg. 3. l. prædijs. §. Titio. & C. de iur. delibe. l. cum aliquis. ¶ Ad quæstionem autẽ de eo, qđ confitetur derobasse mãtellum, & alia negat, nunquid videatur per hoc confiteri æstimationem? Respon. Distingue, vt Bar.

ADDITIO.

a ¶Th. D. Quærit. Adde ꝙ istud cõs. ẽm ordinẽ Peru. est in j. parte iud. nu. xvj.

CONSILIVM XXX.

Domini Priores habentes authoritatem ab adunantia generali, statuerunt ꝙ quilibet conductor &c. vide supra. vol. 1. in consi. 188.

CONSILIVM XXXI.

1 *Blasphemans Deum de nocte, qua & quotuplici pœna puniri debeat vigore statuti eam imponentis.*

2 *Existentibus duobus statutis in ciuitate de eademmet materia loquentibus, an & quando vnum tollatur per alterum.*

3 *Blasphemare & maledicere idem est.*

a Factum Tale ẽ, ªQuidã Pellinus dixit noctis tpe, maledetto sia Dio, đ quo caueꝝ Perusij, ĩ qua ciuitate ẽ statutum factum ab adunãtia gñali, ꝙ ĩponit penã ccc. lib. j. loco factum, & reformatio est secundo loco facta ꝑ priores tm̃, q̃ impo
1 nit pẽnã 100. lib. Mõ quærit, in q̃tum† dict⁹ Pellinus dẽat cõdemnari, & an dicta pena dupliceꝝ tpe noctis, ẽm aliud statutum ciuitatis ꝓdictæ. Et dico, ꝙ dẽt ꝯdẽnari in cẽtũ, nã ĩ dicta accusatione ꝯtineꝝ, ꝙ petit ipsum puniri ẽm formã statutorũ. & ordinamentorum cõis Perusij, & sic cum plures pęnæ sunt intentatæ, puniatur mitiori. l. si ꝑses. & l. interpretatione. ff. de pen. Sed huic dicto obijciuntur plura. Primo, quòd dictum vltimum ordinamẽtum non valet, cum nõ potuerit tollere statutum factum in adunãtia
2 gñali.† Ad qđ rñdeꝝ, ꝙ primũ nõ tolliꝝ per scđm, vñ ex quolibet potuit accusari. l. cũ ex vno. & l. plura delicta. ff. de ac. & ob. & vbi nõ exprimiꝝ, minor lex intentata vr̃, vt dictũ est. Scđo obiiciꝝ, ꝙ priores

ADDITIO.

a T. D. ¶Factũ tale est. istud cõs. ẽm ordinẽ Perusi. ẽ ĩ prima parte iud. ĩ cõsil. 71. & idẽ cõsuluit Bar. hic Frãc. Tig. in cõsilio seq. inc. super ꝓdicta q & ita etiã cõsuluerũt do. And. de Mõte Vbia. & Bal. vt apparet ĩ. in cõsilio. 34. ic. super præmissis & de hoc cõs. Bar. meminit Bal. in l. ignorantia C. de crim. stellio.

priores nō potuerūt facere d. ordinamentū, qa hoc nō vr̄ ptinere
ad pacificū statū ciuitatis, vel vt pecunia veniat ī cōi, ad qd̄ rn̄det,
a ꝙ ptinet ad a pacificū statū ciuitatis. Nā qn̄q; ad salutē Reipubli-
cæ spectat pœnas minuere, maximè in delictis, q̄ à plurib. ꝯmit-
tuntur, vt ff. de poen. l. aut facta. §. fi. qa pp exaggeratione pœnæ,
homines & ciuitates minuūtur: & interest Reip. plures homines
res habere. ff. de bo. dam. l. fi. §. si plures liberos. Preterea, potest in-
teresse Reipublicæ pœnas pecuniarias minui, vt pecunia veniat ī
cōi, qa facilius poena minor soluit. ff. de offi. psi. l. illicitas. §. fi. & sic
ꝯcludit, ꝙ Priores habuerūt argm̄ faciēdi. d. l. Tertio oppo. & vr̄
qd̄ d. statutū primū loquat de maledicētib. Deū, scds ordo vr̄ loq
de blasphemātib. & sic loquunt de diuersis casib. Ad qd̄ rn̄det, ꝙ
idē est maledicere & blasphemare, vt probatur ex. de maledic. c.
3 fi. vbi apparet† qd̄ ille q blasphemat dr̄ maledicere ad idē facit,
C. si qs impe. maledice. l. j. Item dubitat, an ratione noctis in d. ca-
su, pœna debeat duplicari, ad qd̄ rn̄detur, qd̄ nō, qa statutū quod
b loquitur.b de duplicatione pœnatū, loquitur p verba, qd̄ pœnæ
maleficiorū, &c. & sic loquit de his q̄ ꝯmittuntur malefaciendo,
sed dictum maleficium de quo loquimur est ꝯmissum maledicen
do, & sic istæ species distinctæ, quia delictorum quædam cōmit-
tuntur faciendo, quædam dicendo, vt ff. de poen. l. aut facta. in
princ. & sic statutum de publicatione pœnarum ratione noctis
non vendicat sibi locum hoc casu. & ita dico, & ꝯsulo ego Bar.

ADDITIONES.

a ¶Quod ptinet. Vid̄ de materia p Bar. in l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. faciē.
b ¶Statutum quod loquitur. Adde Bar. in l. aut facta. in prin ff. de pœ. & licèt
Bal. in l. fi. in fi. C. d̄ cri. stellio. dicat Bar. hic male cōsuluisse, q̄ a statutū dupli
cat authoritatem delicti, tamen mirandum est de Bal. cum ipse subscripserit
cōs. Bar. & Franc. Tigr. vt apparet. infra in cōs. 34. super præmissis. & in fi. vi-
de Ang. d̄ Are. in trac. malefi. in ver. verba iniuriosa. in ver. qd̄ si statuto dica
tur, & ibi adde do. Ang. de Are. & Alex. in d. l. aut facta. in prin. in addi. Bar.
quæ inc. verbis iniuriosis. & in cons. 62. in 3. vol. inc. in causa accusationis.

CONSILIVM XXXII.

1 *Ordinamentum secundo loco per Priores factum, an tollat statutum per com-
mune editum.*
2 *Pœnæ in dubio non sunt exasperandæ, sed molliendæ.*
3 *Priores an potuerunt facere secundum ordinamentum contra primum.*
4 *Priores licet per secundam ordinationem minorem pœnam imposuerant, an ma
iorem abrogauerint.*

a SUPER Prædicta a qōne, q̄ q̄rit an Pellinus pdictus veniat puni
endus ex eo ꝙ dr̄ maledixisse Deū tpe noctis ex vigo
1 re primi statuti, †an ex vigore ordinamēti scdo loco facti. Vr̄ pri
mo hæsitādū an statuta & ordinamenta se habeāt, vt vnū videat
tollere aliud. arg. & posteriores. l. n̄ ē nouū. & l. sed. ff. de legi. Cir-
ca qd̄ dico indubitāter, vnū aliud nō tollere. l. quoties ff. de actio
nib. & oblig. & qd̄ hr̄. ff. de lib. ho. exhi. l. 3. in prin. & qd̄ no. gl. in l.
si qs ab alio. ff. de cal. & ff. ad l. Corn. de fica. l. 2. §. pen. & qd̄ ibi per
gl. redactā ad tex. Hoc psupposito vr̄ dicēdū, ꝙ iste Pellin⁹ veniat
puniēdus vigore ordinis vltimo loco facti. Ad hoc dicendū me
mouet, qd̄ no. Inn. in c. de causis. in fi. in vers. qd̄ si duæ inueniāt.
2 ex de offi. deleg. & qd̄ no. gl. in l. fi. ff. de pto. stipu. †& illud gnāle,
qd in dubio pœnæ nō sunt exasperādæ, sed molliēdæ. l. interptatio-
ne. ff. de pœn. Cū ḡ hic plures videāt intētatæ pœnæ, & plures le-
ges sub gnālitate, idcirco ꝯcludo vt s̄. vt videatur minor intētata,
& si dicat ꝙ illa ordinamenta videantur in diuersis casib. pdita,
qm̄ vnum videtur de blasphematione disponere, aliud de male-
dictione, & sint distinctæ species delictorū cū ea q ponunt, vt spe
cies separatæ censent diuersa, vt l. j. de pt. stipula. Ad hoc rn̄deo, ꝙ
diuersa cēsenda nō sunt, imo p eisdē hn̄r, vt pbat ex de malefic.
c. fi. sic & al's ea q̄ sunt idē lex vr̄ ponere vt diuersa, vt pbat in vsib.
feud. de pace iura. firm. l. hac edictali. §. iniuriæ seu furtū. & tn̄ ꝯstat
furtū esse iniuriā, vt pbat in l. licitatio. al's incip. locatio. §. qd̄ illici
tæ. ff. d publica. & ibi Iacob. de Aret. & ad hoc facit, in Auth. vt iu
dices sine quoquo suffra. §. qd̄ aūt. & in gl. in verbo criminib. in-
cip. sed nōne. & ī istis duob. istud psumimus. qd̄ sic nomē generis
& speciei. s. maledicere & blasphemare differāt in hoc solū s̄m or
3 dinamētū & statutū, qa vnū īponit maiorē pœnā q̄ aliud. † an ve-
ro priores potuerūt facere s̄m ordinamentū. Et dico qd̄ sic, qa eis
dat facultas à lege municipali ciuitatis Perusij statuendi & refor-
mādi in his & p his, q̄ ptinet ad pacificū statū Perusij, vt pecunia
deueniat in cōi, sed ista duo hn̄t in reformatione. s. scda, quis mi-
nor pœna īponat q̄ sit al's īposita, qd̄ aūt ex ea reformatione paci-
ficus status attēdat, pbat, qa Reipub interest ob maleficia pœnas
solui, vt lege, ita vulneratus. §. pen. ad leg. Aql. & l. si qs p eo. §. fi.
ff. de fideiussoribus. iuncta gl. fi. Itē interest Reip. habitatorib. abū-
dare, vt munera & functiones ciuitatis Perusij valeāt supportare,
& ciuitas habeat condignam compensationem a ciuib. suis. hic
est tex. in Auth. de defen. ciui. §. j. Item quia ex fuga & contuma-
cia eorum qui postulati sunt rei, sequitur bannum quasi aufugi-
entes sine metu magnæ pœnæ imponendæ partiri, & exbanniti
efficiuntur hostes propriæ ciuitatis, vt l. amissione. §. qui deficiunt
de capit. minut. idcirco dum pœna est minor, & verisimiliter ci-
uis delinquens ciuitati suæ reseruatur, & pœnam cum effectu ci-
4 uitas consequitur. † Preterea & hoc verissimum, licèt priores mi
norem pœnam imposuerunt, maiorem non tollunt, vt s̄. dictum
est, quare, &c. & ita consulo ego Fr. Tigr. de Pisis.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Super prædicta q. Istud consi. secundū ordinem Perusi. est in j. parte
iud. in consi. præcedenti, factum tale est ex quo huiusmodi cons. est do. Fran.
Tig. qui consuluit super facto in quo consuluit Bart. vbi supra.

CONSILIVM XXXIII.

1 *Pœnis duabus intentatis minorem sequi debemus.*
2 *Blasphemare & maledicere sunt diuersa.*

a SUPER Præmissis a consultus And. Raynerij de Monte Vbia-
no legum doc. Christi nomine inuocato, dico, ꝙ pœna
minor imponi debet, & minori pœna dictus inquisitus condem
nādus. Rō me mouens est, quia in inquisitione dicitur, quod cō-
tra formā statutorum & ordinamentorum & reformationum ci
1 uitatis Perusij prædicta commisit, & sic† sunt duæ leges intētatæ,
ergo mitiora sequēda iura sunt. No. quod posset obijci, qd̄ aliud
est maledicere, aliud blasphemare, vna consideratione verum est
2 quod sunt diuersa. † Nā vnum est genus. s. blasphematio, aliud est
species. s. maledictio. Et reformatio sub nomine generis, ideo cō
tinet in se omnes suas species, hoc probatur in l. his verbis. §. j. cū
sua gl. ff. de hære. insti. & extraua. de maledic. c. fin. Et ita consulo
ego Andr. de Monte Vbiano prędict. In quo quidem consi. etiam
dominus Bald. se subscripsit.

ADDITIO.

a Th D. ¶Super præmis. Huiusmodi cons. secundum ordi. Peru. est in j. parte iu
di. in cons. 73. Et adde, ꝙ d. And. de Monte Vbia. & d. Bal. consuluerunt in eo-
dē met casu in quo consuluit supra in cons. 32. & ibi videas additiones meas,
& no. quia bal. se subscripsit. & tamen in l. fin. versi. præterea maleficium. C.
de crimi. stelli. arguit contra Bar. in d. consi.

CONSILIVM XXXIIII.

1 *Causa, vel negotium quando & quot modis dicatur finitum.*
2 *Statuto dictante, ꝙ fœminæ non succedant, an si diuiserint cum fratribus & ha
buerunt earum partem habeat locum statutum.*

a QUANDO Dicat a cā, vel negotiū finitū. Rn̄. finit trāsactio-
1 ne, † iuro, sn̄ia, ꝯtatiōe & pscriptione. l. causas,
vel lites. C. de trāsact. l. pen. in fi. C. de sacrosc. eccle. in Authen. vt
spōs. larg. §. fi. & iudica. solui. l. cū q̄rebat. §. pinde. 2. Et ita dicebā ī
qōne de facto. statutū ē, qd̄ fœminæ nō succedāt, & hoc locū hēat
b in pteritis, pn̄tibus & futuris. Dicebā b enim, qd̄ fœminæ habuerūt
2 † partem earum, vel cum fratrib. diuiserant. quod ad eas statutū
non porrigebatur, sed si cum fratrib. steterāt. & partem non petie
rāt vel habuerāt, quod ad statutum porrigebatur cum alias ad fu-
tura realiter extendantur, vt l. leges & constitutiones. C. de legib.
& in Auth. de nup. §. duo igitur. circa fi. primæ col. & de hæred. ab
intesta. venientib. §. fi & no. extra de consti. c. fi. Barto.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Quando dicatur. Istud consilium secundum ordinem Peru. est in pri
ma parte. iud. in consil. 74. & de isto consilio meminit Bar. in l. j. in fi. §. fi. ff. ad
senatus. Tertul.
b Dicebam. Idem dicit Bar. in l. causas. C. de trans. & in l. fi. C. senten. resc. non
pos. & in l. j. §. fi. ff. ad senatu. Tert. vbi similiter, dicit se dixisse, & in l. omnes
populi. in 2. q v. q. prin. ff. de iusti. & iur.

CONSILIVM XXXV.

1 *Statutum disponens, ꝙ probatis maleficijs per testes, vel per confessionem pote
stas debeat condemnare non obstante aliqua iuris solennitate omissa, de qua
solennitate intelligatur.*
2 *Satutum indefinite loquēs, an referatur ad id quod specialiter est prohibitum.*
3 *Solennitas iuris quādo remittitur, semper de minori solennitate intelligitur,*
4 *Statutum loquens de iuris solennitate, intelligitur de solennitate iuris ciuilis.*

a QUÆSTIO a Talis est. Statutum dicit, qd̄ probato maleficio
per confessionem vel testes, Ptās dēat condem-
1 nare, non obstante aliqua solennitate iuris omissa, † de qua solen
nitate intelligitur, an de solennitate quæ est ad esse, an de ea quæ
b est ad bene esse. Respon. de illa que est ad bene esse, b vt admini-
culum causæ. vt C. de nupt. l. si donationum. & l. in copulandis. &
l. nec filium. arg. eius quod dicitur. C. de inof. testa. l. si qn̄. in prin.
2 † Et qa statutum indefinite loquitur, non refert ad id qd̄ spāl'r est
prohibitū. ff. de verb. obl. l. doli cl'a. & l. cohæredi. ff. de vulg. & pu
pil. quia species derogat generi. l. Labeo. ff. de supel. legat. & ff. de
reg. iur. l. in toto, & qa statutū loquit indefinite, de minori solen-
nitate intelligitur, vel intelligendum est de tota obseruātia iuris.
ff. depo.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Quæstio. Istud consi. s̄m ordi. Peru. est in j. parte. iud. in cons. 76. & de
hoc consi. facit mentionem d. Bar. Soc. in consi. 96. viso processu agitato. &
vide apost. in l. j. ff. de testa. mil. vbi alleg huiusmodi cōsi. & licèt alleg. nu. 182.
incip. quæstio talis est, tamen in illo consi. nihil dicitur, sed hic dicitur illud
ad quod alleg. doc. & de hoc cons. meminit etiam Bar. in l. j. ff. de testa mili.
b ¶Est ad bene esse. Adde Bar. in l. j. de testa. mil. & Bal. in l. milites. C. de test. &
quæ dixi in add. meis in d. l. j. ad bar. in versi. & respondeo

ff.depo.l.bona fides.in prin.& ff.de re.iu.l.semper in stipulationi-
bus. Et quod solenniras seruetur circa substantialia & subiecta
negotiorū,patet.C.d testa.l.si vn⁹.& ff.d testa.l.q̄ ętate.ff.d publi-
cia.irē act.l.qcūq;.ff.d reb.eorū.l.q neq;. Itē cū solēnitas iuris re
3 mittit,†semp d minori solēnitate a ītelligit.ff.d vētre inspi.l.j.§.ꝙ
a aūt ꝑtor ait.q lex dterminat qōnē. Præterea nec ītelligit d illa so-
4 lēnitate,q̄ fit ī c.vel ordinamēto.†Nā cū dicit statutū, ñ obstāte
solēnitate iuris,d iure ciuili ītelligit,vt īst.d iur.na.gē.& ciui.§.sed
ius.& ī ꝑalle,l.nec filiū. Itē si ordo iuris q ē d substātia ñ seruet,ni
hil agit.alius ordo q ñ ē de substātia,licèt nō seruet,valet senten
tia.ex.de pur.can.c.cum dilectus filius.& extra de baptismo.c.j.&
2.q.i.c.sicut sine iudice.Facit ad hoc quod no.Goff.in tit.de clan-
de.despon. qui solennitatem allegat,eam probet. Bar.

ADDITIO.

a ¶De minori solennitate. Quæ dicatur minor, vel leuis solennitas, & quæ grauis,vide Bar.in d.l.j.§.fi.ff.de vent.inspi.& Bar.Soc.in d.cons.196.

CONSILIVM XXXVI.

1 *Vulneratus,& mortuus,an præsumatur ex vulnere mortuus.*
2 *Causa vnica quæ præcessit semper inspicitur, & ex ea quæ sequitur informari præsumitur.*
3 *Iudex debet adhibere medicos qui secundum artem & considerata vulneris qualitate & quantitate habeant referre, si vulnus fuit mortale.*
4 *Vulneratus si moritur,intra quantum tempus presumatur mortuus ex vulnere.*

a Questio est talis,a Titi⁹ fuit à Sēpronio ꝑcussus & vulnerat⁹,
1 †morit posteà,qrit an ꝑsumat mortuus ex vulne-
re,ita ꝙ ꝑcussor puniat d occiso. Et sup hoc vt liqat veritas,sic est
b distinguēdū,b aut certū ē,ꝙ mortifera est ꝑcussio,aut est dubiū. Si
certū est qd sit mortifera,tūc ñ ē locus ꝯiecturæ.ff.ad leg.Aql.l.ait
lex.§.ꝙ si mortifere.& l.ita vulneratus ī pri.& ff. de verb.obl.l.ꝯti-
nuus.§.cū ita. Si aūt ē dubiū, fuerit mortale vel ñ, lex vr innuere,
ꝙ si post huiusmodi vulnus decessit,qd ex eo subsequenter mor-
tuus intelligat.ff.ad l.Aql.l.huic scripturæ.§.sed si seru⁹.vers.si ma-
numissus.& vers.seq.in fi.ibi,qd mortuo eo demū,& apparet &c.
Nō ob.quod in prin.huius.§.dr mortifere,qa exponit,vt putabāt,
non tñ erat mortalis,aliàs est ꝯ d.l.ita vulneratus,aliàs legis ꝑsum-
ptione.occasione vulneris mortuus ꝑsumit,qa semp vulnus mor
tale fuisse cēset,ꝑ eo quod nihil interest occidat qs vel mortis cau
sam ꝑbeat.ff.ad l.Corne.de sica.l.nihil interest.ff.ad l.Aql.l.q occi
dit.§.pen.l.qua actione.§. Celsus.& l.ita vulneratus. in prin.& ex
de homici.c.ꝑsbyterū.& c.ꝯtinebat.& c.de cętero.& c. audiētiā.
Et de hoc est valde bonū arg.ff.de dam.infe.l.dāni.§.Sabini.vbi in
ducit ꝑsumptio facti ꝑcedētis & subsequētis.C.ad leg.Iul.de adul.
l.cōmissum.& in Auth.de resti.& ea q̄ parit.& ff.qb.mod.pig.vel
hyp.sol.l.sicut.§.supuacuū.ff.de accus.l.si cui.§.iisdē. Præterea hoc
est regulariter,ꝙ semp vicina cā q̄ ꝑcessit inspicit & ꝯsiderat,& ex
2 ea†quæ seqt informari ꝑsumit.ff.mand.l.si ꝓcuratorē dedero.in
prī.ff.deposi.l.j.§.si tibi.& §.seruus.in fi.verū qa iudicātes oportet
3 cūcta rimari,vt C.de iudi.l.iudices.xxx.q.v.iudicātē. Iudex,†q hēt
iudicare sup qōne facti aduocet & hēat peritos:q ſm artē,& ꝯside
rata qualitate & q̄titate,in loco vulneris exponant & referant, si
vulnus fuerit mortale,vel occasione vulneris mortuus ꝑsumat.vt
C.de re mil.l.semel.li.xij.& ff.de ven.inspi.l.j.ex de homi.c.signifi
casti. Sed vt circa hanc materiā nihil de ꝯtingētib.omittat,medici
dnt se dubitare,& dnt vulnus esse dubiū,intercedētę tpis interual
lo modico vel magno,q̄ vulneratus decessit, an semp ex vulnere
4 †vel occasione vulneris mortuus ꝑsumatur. Et certe circa hunc
articulum leges & rōnes variæ vnr,& vario mō loquūtur.qa q̄dā
dūt,ꝙ ꝑsumitur mori ex vulnere intra tres dies, vt can.si q̄ fœmi-
na.50.dist. Aliq dnt aliqdin viuere,& nō adjiciūt q̄tū,vt ex.de ho-
mi.c.ad audiē. Aliq dnt ītra paucos dies,& ñ adjiciūt quot, vt c.ti.
c.ꝑsbyterū. Aliq dnt,qd si moriat post octo menses ꝑp tēporis ꝓli
xitatē,nō ꝑsumit ex vulnere mori,ex de cleri.ꝑcus.c.2. p Archi. à
ꝯrio sēsu sūpto,& ex hoc ꝓxi.c.vr expsse decidi ꝙ si ītra octo mē
ses moriat,ꝙ ex vulnere mortu⁹ ꝑsumat.ff. de offi. eius cui māda.
est iurisdictio.l.j.§.huius rei.qa ꝯriorū eadē ē disciplina.l.j.ff. d his
q sunt sui,vel alie.iur.¶ Itē in Lōgobardia si moriat post vulnus ī
tra annū ꝑsumit ex vulnere mori,vt l.Lōbar.d Plagia.& fa.bo.ho.
cā ī qōnib.plagijs.& de plagis,aut feritis seruorū.l.si qs seruo alie
no.& l.ñ oēs plagæ. Sed tu ī hac varietate modicū tps vel magnū
arbitrio iudicis relinqs atq; ꝯmittas.ff.de iure deli.l.j.ī fi. d effra.&
expilla.l.j.§.j.vel qd mediū ex dictis sentētijs arbitret. ff.si pars hæ
re.petat.l.antiq.Instit.qbus ex caus.manu.nō lice.§. cū g. Cū ergo
in prædictis iurib. speciales rōnes nō assignentur,quare magis ad
vnā ex his,quā ad aliā animum applicemus.ff.de neg.gest.l.Nesen
nius. Et hoc ita si vulnus non sanatum vsq; ad mortem durauit.
ff.quod cuiusq; vni.no.l.item eorum.§.quod si actor.& de in rem
verso.l.si pro parte.§.versum.& ff.de repud.l. diuortium. Bart.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Quæstio est talis. Huiusmodi cons.secundum ordinem Perus.est in prima parte iudi.in cons.77 & non credo quòd sit Bart.tamen cogita.

b ¶Est distinguendū.Vide gl.sing.in l.j.C.de emen.seru.& adde plures cōcor per Ias.in l.lecta.ff.si cer.pet.& Fel.in c.ꝑsbyterū.& in c.significasti.ij.de homi,& vide cōs.Bal.q melius,in cōs.suo,inc.ad euiden.ꝑmitto,cui se subscripsit d.Phil.de Regio.& est impressum in fi.lect.Institutionum Bal.de Peru.

CONSILIVM XXXVII.

1 *Ordinario in iudicio potest iudex etiam ad partis petitionem repetere testes,vt declarent eorum dictum,non vt addant,*
2 *Declarans nouum non dicit,sed implicitum explicat.*
3 *Testium publicatio sola non sufficit ad effectum, vt non possint examinari, etiā si pars non didicit testificata,*
4 *Iudex ex officio potest examinare testes post publicationem,*

a Super Inquisitione a quę fit p dñm Capitaneum & eius curiā,
§.Lucā de homicidio.& ꝑcessu facto sup ea, dubitatur
an dñs Capitaneus & eius iudex maleficiorū,publicatis attestatio
nib.ex eorum officio ꝓ inuestigāda veritate poterūt testes recipe
re,ꝑsupposito ꝙ ꝓcurator inquisiti fuerit pñs publicationi,qui ꝓ
curator postquā testes fuerunt secundo loco recepti ꝓbauit,
quod receptauit eorū attestationes,& dicta,inquātum ꝓ eo face-
rent,[& iurauit ad sācta dei euāgelia quod ipse ꝓcurator & domi
nus ipsius vel alter eorū non didicera testificata dicta in inquisi-
tione,tempore quo testes fuerunt recepti secundo loco. Et quòd
ēt dominus ignorauit publicationem primorum testium,& præ-
suppositio,quòd vnus dictorū testium deposuerit sup dicta inqui
sitione āte factā publicationem, ꝓut apparet in eius attestatione.
1 †Pro solutione prædictorum præmitto, quòd in iudicio regulari
& ordinario vbi est necessaria personarum pręsentia potest iudex
ex suo officio,& ad petitionē partis aduersæ publicato ꝑcessu, &
didiscitis attestationibus, testes obscure deponentes repetere, vt
2 declarent,non vt addāt. Rō hæc est,†quia q declarat,nouū nō di-
cit,nā implicitū dictū explicat.ff.de testa.l.hæredes palā.§.sed & si
notā. Scdo,qa ita obscure dictū quod non habeat intellectū hr,ꝓ
nō dicto.ff.de his q̄ in testa.dele.l.j.& de insti.l.sed & si pupillus.§.
proscribere.& hoc ꝓbatur ex.de testi.c.cū clamor.& no,in Auth.
de testi.§.quia vero.& de ꝓb.c.in præsentia. cū si.vbi vero vellent
b addere,vel pars vellet nouos testes inducere,b non auditur,nō ea
3 rōne,quia facta sit publicatio, † sed ea rōne quia publicatis atte-
stationib.præsumptio est subornationis. Sola.n.publicatio nō est
cā prohibitionis vt legitur & notatur.in d §.quia vero. imo si ad-
uersarius meus testificata didicit,& ego non,non ꝓhibeor testes
producere.not.ex.de testib.c.ꝯstitutus.C.eod.l.2.& in Spec.eo.ti.
§.satis vtiliter.versi. qd si publicatæ sint. Itē ꝑmitto ꝙ illud ē singu
lare,qd deuiat à dispositione iuris cōis.l.ius singulare.ff.de legib.
cum si. Item præmitto quòd ista ꝓhibitio ꝙ publicatis attestatio-
nib.testes nō recipiāt hēt certissimā dispositionem ꝓhibitionis,
4 vt patet ex ꝑmissis,& q̄ infra dnr. † Ex ꝑmissis sic arguo,certū est
quod vbi per inqsitionē ꝓceditur,& sic nō in forma regulari,iu-
dicij spālis & singularis est dispō,vt puta,iudex possit recipere te
stes,vt ꝑalleg.c.cū clamor.& in d.§.satis vtiliter,& sic singulare est
statutū vbi proceditur per inquisitionē.qd erit istud singulare:ne
cesse habemus dicere in hoc valere,vt nouos testes possit recipe
c recēt vt addat,nā si vt tm̄ declarent, ñ esset hoc singulare,sed eēt
ius cōe. Secundo arguo sic. Ex præmissis ꝯstat cā ꝓhibitionis,&
timetur subornatio.cessāte ergo cā,cessat legis dispositio, vt no.
in præalleg.c.cū clamor.vbi dicit plus Inn.ibid.quòd nedū iudex
inquisitionis pt iterū testes producere,hoc ea ratione,quia in ta-
li persona calumnia non pręsumit.l.videamus.§.j.ff.de in lit.iu. Si
dicas,quòd timetur subornatio ex parte inquisiti,quia nec eo pe
tente,nec eo pñte,testes prædicti fuerūt recepti, sed solum motu
iudicis,& eius officio pro veritate inuestiganda, & cum ipsis pu-
blicatis,ad inquisitoris notitiā peruenit eorum dicta rata habuit.
Concluditur ergo incōuincibiliter,ꝙ recipi potuerūt. Tertio sic,
aut præmittitur, ꝙ testes non recipiātur publicatis attestationib.
nō hēt infallibilem ꝓhibitionē,sed fallit si pars testificata non di-
discit sed ꝯstat inqsitū,vel re eius agentē nō didicisse. ꝯ nedū in
cā inqsitionis ex officio iudicis potuerūt testes recipi,sed ad eius
petitionē. Quod aūt nō didiscerat, ꝯstat per sacramentum procu
ratoris qui iurauit ꝙ nec inquisitū,nec rem eius agens sciuit,nec
percunctatus fuit dicta testiū ante receptionem ſm qd iurauerūt
tamen

ADDITIONES.

a Th.D.¶Super inquisitione. Istud cons.secundum ord.Perus.est in j.parte iud. in cōs.78.& licet aliqui non attribuant.Bar.dicentes,quòd non fuerit sua farina,nec ita ordinate loquutus,tamen Bal.in c.iurauit. de prob.& in l. per hanc.C.de temp.ap.& ibi apos.all.cons.Bart.hic & infra dicam.

b ¶Testes inducere. No.ꝙ cōsuluit Bar.hic,ꝙ sola publicatio, ēt si pars non di dicerit testificata,nō sufficit,vt sit præclusa via testiū ꝓductioni,&ita tenet Bal.in c.iurauit.de prob.vbi dicit Bar. cōsuluisse,& gl.in c.cōstitutus.vlt.de test.& do.Ant.in c.fraternitatis.eo.ti.& Spe.in tit.de test.in §.satis vtiliter.in ver.quid si publicatæ.& §.fi.ver.quid si renuncians. Contrarium tenet Bal.in l.per hanc.C.de temp.appe.vbi similiter alleg.cons.Bart.& tenet cōtrarium cum concor.de quib.per.d Fel.in d.c.fraternitatis.vers.modo quæritur.vbi plene examinat & declarat & in d.c.constitutus.in fi.cui add.Bar.hic.

c ¶Possit recipere. Vide plures concor.per Fel.in c.cum clamor.de testib.in c. per tuas.& ib scripsi.eod.tit.

tñ iudex admiſit in quãtũ de iure potuit. Et qđ potuerit, & qđ ſit ſufficiẽs ꝓbatio, caſus ẽ in ꝑalleg. §. qa vero. vbi notab. caſus ẽ, nõ video ad qđ plus laboret. Quarto ſic, Teſtes non ritè recepti ſm modũ recipiendi atteſtationib. publicatis nõ eſt ꝓhibitũ iterum ꝓduci. c. de teſtib. in clem. ti. de teſtib. ſed oſtẽdã ꝙ iſti teſtes ex ꝑte recipiẽtis nõ fuerũt rite recepti, ğ publicatio nõ obſtat ſcdę ꝓductioni. Maior ẽ no. minorẽ ꝓbo. q̃re danť articuli in cã, qa nec iudex, nec teſtes ſcire pñt q̃ ſunt neceſſaria ꝓbari. Ita tenet Inn. in c. ꝑ tuas. in fi. ex. de teſtib. Dẽt ğ iudex nominatim, & ſingulariter me iterrogare ſup quolibet, qa pp hoc dati ſunt, & ad hoc teſtes inducti. Si ğ iudex hoc nõ fecit, nõ recte recepit, vt in ꝑalleg. c. ꝑ tuas. Et ſi dicať, hic fuerũt recepti ſup omnib. articulis, patet ex dictis eorũ, ꝓinde ẽ ac ſi nõ depoſuiſſent, qa ſi iudex cui res q̃renda nõ negligẽda cõmiſſa eſt de omnib. non q̃ſierit, ꝓinde eſt ac ſi de nullo quæſierit, vt ff. de trãſac. l. cum hi. §. ſi pretor. Sic arbiter, qui aditus eſt de plurib. quæſtionib. ſi de aliquib. dicit, nõ de aliqbus iterato de omnib. dicere põt. Nõ obſt. quod notarius dicit, teſtis interrogatus de quolibet eorum. quia hæc interrogatio ſub iſta generalitate non effuſo ſermone, non eſt iuridica, nec rite facta. nec ſubſcriptio, nec inuolutio verborum, & effuſo ſermone potuit teſtis decipi, & merito de omnib. recordatur, &c. Bar.

CONSILIVM XXXVIII.

1 *Propter ſtuprum attentatum, & non ad effectum productum, an quis poſſit condemnari.*

2 *Iudex an poſſit cogere accuſatores, vt iterum accuſent.*

a Viſo Proceſſu ꝓdicto, formato ꝯ dictũ Maſetum, qđ cognouit virginẽ, & viſa rñſione ipſius, dubitatur vř dicẽdum qđ ſeq debeat abſolutio, qa maleficium nõ eſt ꝯfeſſatum nec aliter ꝓbatum. Licèt autẽ ipſe ꝯfeſſus ſit, ꝙ tẽtauerit & ꝓſumpſerit corrumpere, nõ tñ ad effectum ꝑduxit. Et licèt ex hoc facto dẽat puniri, nõ tñ vigore cauſę ꝑdictę, aut ob aliud delictum viſum ẽ.
1 l. denunciaſſe. §. qđ tamẽ. đ adulte. Præterea ſtatutum ſ. poſitum loqť ĩ eo, q ſtuprum vel inceſtum ꝯmiſit, & ſic ſm eius verba nõ
b hẽt locum in eo, q attentauit, b vt patet in l. Aqlia, q̃ in primo capite loquiť in eo, q occidit, non habet locum in eo q vere non fecerit, ſed recurriť ad actionẽ in factum. l. itẽ ſi obſtetrix. in prin. ff. ad leg. Aql. & no. plene C. e. l. de pecorib. Nouus ergo ꝓceſſus faciendus eſſet, cũ ꝓbatum nõ ſit qđ intenditur, vt l. ꝑtor. §. docere,
2 vi bo. rap. † An autem iudex poſſit cogere accuſatores vt iterum accuſent, lege expreſſum eſt qđ non, qa nemo inuitus agere vel accuſare &c. vt C. vt nemo inuitus age. &c. & ĩ rub. & nigro. Bar.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶ Viſo proceſſu. Adde, quod huiuſmodi cõſiliũ ſecundum ordi. Peru. eſt ĩ j. parte iud. in conſilio. 80, et de iſto conſilio meminit And. Barb. in l. qui denunciaſſe. §. quid tamen. in j. addi. Bar. quam legit. in l. vxori. ff. de adulte.

b ¶ In eo qui attenta. Adde Bar. in l. j. ff. ad l. Corn. de ſica. et Imo. in c. j. de præſum. cum concor. de quib. per Fel. ibi, & in ſuo trac. de teſtib. in verſiculo. fallit, & vide Iaſ. in l. j. §. hæc verba. in fi. ff. quod quiſque iur. & Alex. in conſilio 15 in j. volu. viſo proceſſu inquiſitionis & in conſilio. 140. in 2. vol. et quid in illo qui fregit oſtia pudoris, et non perfecit, et emiſit ſemen, an puniatur, vide Car. Flor. in cle. j. in x. q. de conſang. et affinit.

CONSILIVM XXXIX.

1 *Statutum de compromiſſis faciendis an comprehendat minores.*

2 *Statuta debent intelligi vt non inducant abſurdum.*

3 *Conſuetudo quæ reſpicit rem, ita ligat minorem, ſicut maiorem.*

4 *Minor an ex forma ſtatuti, de compromiſſis faciendis in arbitratorem, de iure & de facto ſit obligatus*

5 *Tutor an poſſit compromittere ſtante ſtatuto de compromiſſis faciendis.*

a Quæritur An ſtatutũ a de ꝯpromiſſis fiendis inter ꝯiũctos vſq; ad tertiũ gradum, ꝯprehendat pupillum.
1 † Videť, ꝙ nõ. Primo, qa ſi ſtatutum gñaliter loqť, referendum & intelligendum eſt, nõ obſtãte ſua generalitate, ad habiles in materia, in q̃ diſponit. l. j. C. đ ſacroſ. eccl. & l. vt gradatim. §. & ſi lege. de mu. & ho. Sed ꝯſtat, ꝙ pupilli nõ ſunt habiles ad ꝯpromiſſum faciẽdũ, & ſi ꝯpromittãt, ipſo iure nõ tenet. l. ſi pupillus. ff. de arb.
2 † Præterea, ſtatuta debent ſic intelligi, vt nõ inducant abſurdum, & oĩs abſurditas à iure municipali vř eſſe excepta. l. Põponius. ff. de nego. geſ. & l. ſcire ẽt oportet. §. aliud. ff. de excu. tu. Sed ſi nos diceremus pupillum ꝯprehẽdi ſub lege municipali, induceretur duplex abſurditas. vna, q̃ allegationibus ſ. proximis ꝓbať. Scđa, quia ꝑ illud ſtatutum grauis leſio infertur pupillis. Quòd autẽ ex hoc lædatur ꝓbatur in l. ſi minor. §. minores. ff. đ minori. Itẽ reperitur in alio leſio, quia ſi corã iudice litigaret, & iudex malã ferret ſentẽtiã. iudex litẽ ſuã faceret, qđ nõ eſt in arbitro, & in multis alijs poſſet reperiri læſio. Dicamus ğ vt hoc euiteť, pupillum ñ ꝯprehẽdi. Et ex hoc vltimo & primo ſimul iunctis, dico ꝯpromiſſum fieri ñ debere, ſed ꝯ prædicta facit l. ſi ſine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tut. vbi dř, qđ ꝯſuetudo quæ reſpicit rẽ, ſicut ligat ma-
3 iorẽ ita ligat † minorem. gl. C. quæ ſit long. ꝯſuc. l. 2. & facit etiam ad prædicta. d. l. ſi minor. §. minores. ff. de minor. quia ibi dř, ꝙ eo ipſo qđ minor ꝯpromittit, videtur leſus. Et ratio huius eſt, vt dicit gl. ibi, qa a ſentẽtia arbitri nõ appellatur, vñ cõpromittẽdo ꝑdit ꝯficiũ appľonis, facit ẽt, qa pupillus põt trãſigere vbi dubiũ eſt ius ipſius, vt no. in l. præſes. C. de trãſac. & põt ẽt iuſiurãdũ deferre. l. tutor. & l. iuſiurã. qđ ex ꝯuẽtione. §. j. & §. 2. ff. de iureiur. Et hoc vbi eſt dubiũ ius pup. vel probationes aliæ deficiũt. Sed hæc
4 oĩa intelligẽda ſunt in ꝯpromiſſo facto in arbitrũ, ſecus † ſi in ar-
b bitratorẽ, b tunc enim eo ipſo nõ læditur. Põt enim eẽ qđ eius intereſt. qñ iuramẽtũ defert, vt l. tutor. de iureiur. habet ğ minor ꝓ-
5 bare aliud. Nã ex ſolo ꝯpromiſſo nõ læditur, &c. † Nunqd tutor poſſit tutorio nomine petere ꝯpromiſſum fieri in caſu in quo ex forma legis municipalis, talis cã eſſet compromittenda. Vř quòd nõ, quia arbiter poſitus in cõpromiſſo põt accipere đ iure vnius, & dare alteri, vt no. in Auth. vt diff. iud. §. ſi vero. & ff. de arbit. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ſed tutor nõ pt ꝯcedere alteri licentiã donãdi res pupillares, nec lædẽdi iura pupilli, qa nec ipſe facere poſſet. Nã nõ dř tutor, qñ pupillũ ſpoliat, vt ff. de admi. tut. l. Lucius Titius. §. fi. & ff. pro emp. l. qui fundũ. §. ſi tutorẽ. & ibi no. In ꝯriũ vř ꝙ ſic, quia tutor põt ſup re pupilli, & de iure pupilli remittere, vt ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelã. & l. ſi pignore. §. ſi tutor. & C. de trãſac. l. præſes. Pro ſolutione huius ꝯrij ẽ dđm, ꝙ aut ꝯpromittit pupillus cum authoritate tutoris, & tunc ꝯpromiſſum vř tenere. vt ff. de arbitr. l. ſi pupillus. ꝯ iſtud mẽbrũ oppo. ff. de mino. l. ſi minor xxv. ann. filiof. minori. §. minores. vbi vř velle gl. ꝙ eo ipſo ꝙ minor ꝯpromittit, dicať leſus, & ſic facto ꝯpromiſſo ꝯpetit reſtõ. Sed hic aut pupillus cũ tutore ꝯpromiſit in eũ qui ex iuriſdictione dicta poterat cognoſcere, & tũc qa à ſñia de iuriſdictione lata poterat appellari, & nõ lata ex ꝯpromiſſo. l. j. C. de arbi. tunc dř læſus, vt d. §. minores. & in ſui ꝓiudiciũ nõ tenet, vt ff. de arbit. l. ſed ſi in ſeruũ, ſed ſi ꝯpromiſit in eum, q nõ poterat ex iuriſdictione cognoſcere, & ſic tãquã amicabilẽ ꝯpoſitorẽ, & tunc compromiſſum factum auctoritate tutoris tenet, & non dicitur læſus, vt in d. l. ſi pupillus. & ff. de arbi. l. diem proferre, §. corã. ver. itẽ corã. vbi videtur dicere cõpromiſſum teneat indiſtincte. Sed tu dic, ꝙ aut iura pupilli ſunt obſcura, & ꝓſecutio rei pupilli nõ põt fieri facilè & tunc ſicut in dictis caſib. tutor poteſt trãſigere, & de iure pupilli remittere illi cum quo tranſigit, ita poterit compromittere, & arbiter de iure pupilli accipere, & dare alteri. Et hoc vř ſentire gl. C. de pac. l. pactum curatoris. pro quo in d. l. interdum, §. qui tutelã. ff. de fur. & ſ. ſupra alleg. Aut proſecutio rei pupillaris fieret facilè, & ipſius iura ſunt clara. in iſto caſu non poterit compromittere, quia nec poſſet iura pupilli deminuere, vel donare, nec in religione iuſiurandi ponere, vt ff. de iureiur. l. tutor. in prin. & ibi videtur no. gl. Et ita de iure conſulo ego Barto.

ADDITIONES.

a ¶ Quæritur, an ſtatutum. Adde, quòd iſtud conſiliũ ſm ordi. Peru. eſt in j. parte iud. in cõſilio 82. & ꝓ cõſilio Bar. alleg. Iaſ. ĩ l. ſed & ſi plures. qui legit ſub §. hodie. in l. iuris gẽ. ff. de pac. & alleg. in l. ſi minor. §. minores. ff. de mino. i. apol. Bar. in d. l. ſed ſi plures. & in l. fi. C. de in integ. reſt. mi. & in cõſil. 52. inc. in cauſa & lite vertente. Et adde quòd idem cõſuluit in proprijs terminis, & in propria farina d. And. de Monte Vbiano, & in c. quæritur, an ſtatutum.

b Th.D. ¶ Secus ſi in arbitratorem. In quæſtione prædicta in qua cõſuluit Bart. ꝯſtatuta, quibus cauſæ inter coniunctos debent compromitti in arbitratorem, de iure & de facto ligant minorem, & an poſſit tutor facere tale compromiſſum, vide plene per Alex. in l. ſi plures. & ibi Iaſ. ff. de pac. & Alexan. in conſilio. 62. in 7. volu. inc. in cauſa & lite vertente & plenius in conſilio. 119. in vj. volu. inc. quoniam omne dictum. in verſiculo idem tenuit Bal. quod eſt duplicatum in eo. volu. conſilio 65. & in l. fi. C. de in inte. reſti. mino.

CONSILIVM XL.

1 *Baldus ſapiens vir.*

2 *Augmentatio pœnæ, quæ venit ex accidenti præter naturam, non inſpicitur.*

3 *Diſiunctiua, an, & quando ponatur expoſitiue.*

4 *Diſiunctiua poſita inter genus & ſpeciem ponitur pro, id eſt.*

a Statuto Ciuitatis a Aſſiſij cauet, qđ ꝯmittẽs tale maleficium puniať ĩ 50. alio ſtatuto cauet, qđ ĩ maleficijs pęnæ duplicenť rõne loci & tpis, ſaluo qđ ĩ popularib. ĩ qb. ñ poſſit duplicari niſi ſemel: alio ſtatuto caueť, ꝙ offendẽs cũ sãguine puniatur ĩ duplum eius, qđ ꝯdẽnari deberet ꝓ alio maleficio ꝯmiſſo, & ſi ꝯdẽnatus fuerit bis ꝯdẽneť in duplum: alio ſtatuto caueť, ꝙ ꝯ ſi tẽti detrahať q̃rta. Quidã noĩe Puccius ꝯfeſſus eſt ſe percuſſiſſe cum sãguine, & negauit ſe eſſe de alijs maleficijs condẽnatum, tñ ꝓbatum fuit, ꝙ fuit ter ꝯdẽnatus, mó q̃riť in q̃tum veniat ꝯdẽ-
1 nãdus, & ꝙ veniat in ipſum duplũ. † Sup qb. vř de iure dđm viſis
b ſtatutis ꝑdictis, & allegationib. ſapientium virorum d. Bal. b & d. Offre-

ADDITIONES.

a Th.D. ¶ Statuto. Adde, quòd huiuſmodi cõſiliũ ſecũdum ord. Peru. eſt in j. parte iudic. in cõſilio 83. & de materia vide per Bar. in l. eum qui. in prin. et Iaſ. ff. de iureiur, et ſ. in conſilio. 107. in j. vol. inc. viſis omnib. et ibi ſcripſi.

b ¶ Dñi Bal. No. ꝙ Bar. hic apell. Bal. ſapiẽtem, et ſubſcripſit ſe cõſilio ipſius. d. Odof. dicit et Bal. ĩ l. ĩ libere. l. ſec. antiqua, ĩ fi. ff. de ritu nup. ſe cõſuluiſſe ſimul cũ d. Ang Dantelia, et d. Bar. à Saxofer. do. Vgolino Pelloſi in cauſa do. Ant. et fratrum de Camarino. et alibi etiã de Bal. fecit mẽtionẽ Bar. in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hære. inſti. vbi dicit, videamus ad commentum do. Bal.

Offredini legum do. ꝙ do. Puccius veniat ꝯdēnandus in cl. lib. cū pœna debeat trib. vicib. duplicari ī sua origine, & ñ in eo qd crescit ex accidenti, ꝑter primæuā eius nām, ar. eius qđ not. in l. certi ꝯditio. ff. si cer. pet. maxime, cum statutū, qđ loquit̃ de pœna offēdētis cū armis, quo al's fuerat ꝯdēnatus, loquit̃ de duplicatione & triplicatione eius, in quo debet cōdēnari ex forma statutorū; sed de dicta ꝑcussione debet ꝯdēnari in xxxvij. lib. & x. sed qa, q̃r-
3 ta pars detrahit̃ ꝑ ꝯfessionē, †nec inspicit̃ augmētatio pœnæ q̃
a venit ex accidēti ꝑter nām, vt dixi, ergo &c. argu. l. cum q, a & qđ ibi no. ff. de iure i. & l. itē veniūt. §. cū ꝓdixim⁹. de pet. hr̃d. Nec obs. statutum, qđ loquit̃ de popularib. dispōnēs, ꝙ pena plusq̃ semel ñ duplicet, qa verum ē rōne loci vel tp̄is, vt ibi patet, qa dicit siue de nocte sint in taberna, &c. q̃ verba cum ñ sint copulatiua sunt expositiua verborū gñalium, s. positorum in ptc superiori, & sic ñ obst. l. sanctio legum. ff. de poe. cum si. Nā nō excludit̃ alia rōne plusquā semel duplicari posse, & sic dicta verba. siue đ nocte, &c. sunt exēplificatiua, sine literatura verborum gñalium ꝑcedentiū. arg. l. cum delanionis. §. qdā. de fund instru. & l. ij. & iij. de sup.
3 le. cū si. †Et ꝙ ponat̃ expositiue patet, qa vbi ꝑcedit genus, b & ꝑ
b disiunctiuā sequētē species, † tunc illa disiunctiua resoluit̃ expo-
4 sitiue, ꝑ verbo. i. q. d. qualibet rōne. &c. l. ij. ff. ad l. Aql. & ita intelligit Io. de Aret. in l. pe. C. de ver. sig. & est tex. in l. instra. C. de ꝓba. nā de sui nā dictio, siue, exponit̃. i. vbi ꝑcedit genus, & sequit̃ species, vt patet ibi, Alex. siue Paris. & respexit statutum ꝓdictum, qđ loquit̃ de duplicatione pœnarum: & qđ dicit in popularib. nō duplicat̃ pœna plusquā semel aliqua rōne, vel cā & c. dēt intelligi de causis in dicto contentis, & non de aliis. l. fi. §. cui dulcia. de vi. & oleo le. qa verba gñalia præcedentia declarantur per sequentia, & econuerso, vt ibi, & arg. l. si seruus. §. fi. de leg. j. cum si. & sic patet rñsio ad ea, quæ sunt in cōtrarium alle. & qđ sit locus statuto, qđ duplicentur pœnæ offendentis cum armis, cum al's fuerit cōdemnatus, &c. patet, cum de causa dictę duplicationis in alio statuto, qđ dicit, ꝙ in popularibus non duplicētur plusquàm semel, nulla mentio habeatur. Bar.

ADDITIONES.

a ¶Eum qui. Vide Bar. in prin. & Alex. & Ias.
b ¶Præcedit genus. Vide Bar. in l. cum quis decedens. §. fi. ff. de leg. iij. & plene per Ias. de disiunctiuis in l. pen. C. de ver. sig.

CONSILIUM XLI.

1 *Qualitas delicti quæ aggrauat vel exonerat delictum, debet probari.*
2 *In maleficiis quædam sunt quæ a iure præsumuntur, & qui dicit contrarium debet probare, secus in his, in quibus ius nihil præsumit.*

a Statuto a Ciuitatis cauet̃, qđ si qs aliquē ꝑcusserit cū sanguine à gula s. puniat̃ in 200. lib. saluo qđ si vulnus sit ita īflictū vt ñ egeat medico: qa tūc immediate inqrit̃ ꝯ Ioannē, q ꝑcussit Petrū ī facie cū sanguinis effusione magna, q Ioā rñdēdo inqsitioni vera esse, & fuisse ꝯtēta in inqsitione: dixit tñ, ꝙ tale vulnus ñ egebat medico, & nihil sup hoc probauit. Quærit̃, qua pœ-
1 na ex dictis pœnis veniat puniēdus, &c. † Et qđ veniat ꝯdēnādus
b ex secundo capite b in pœna 100. lib. sic probat̃, qñ qualitas delicti aggrauat, vel exonerat delictum, illa qualitas delicti dēt probari ff. vi bon. rap. l. ꝑtor ait, cuius dolo. §. hoc autē. veri. docere. & si ñ probat̃ dēt puniri minori pœna, ꝑ l. si ꝑs̄es. & l. interpretatione. ff. de poen. Ecōtra qđ puniat̃ pœna 200. lib. probat̃ ꝑ rōnem l. si qdē. C. de excep. & sic ratio naturalis ꝑsumenda est q̃ est in percussione cum magna sanguinis effusione qđ egeat medico arg. eo-
2 rum q̃ no. in l. Arethusa. ff. de sta. ho. † Viso puncto ꝓdicto est sciē-
c dum, ꝙ in maleficiis qdā sunt q̃ à iure ꝑsumuntur c ex qualitate facti, vt q ꝑpetrauit homicidium quod fecerit dolose: & qđ ille qui dixerit verba iniuriosa, dixerit aīo iniuriandi, & sic tunc qui contrarium dicit, illud dēt probare, cum intentio aduersarij sit fundata, vt l. j. C. de sica. & l. si nō cōuicij. C. de iniur. Quędam sunt in qb. ius ꝑsumit, & tunc nisi probet̃ semp intelligitur qđ minus est. Si. n. dico ꝑcussi talem, ius non præsumit cum armis, vel sine. si dico furtum fecisse, lex non præsumit esse manifestum, vel nō manifestum, semp. n. intelligitur qđ minus est, vt d. l. si ꝑs̄es. per Dyn. in c. obscuris. in fi. de reg. iur. lib. 6. sed in proposita qōne lex nihil præsumit, vtrum egeat medico, vel nō. pōt. n. ex leui percussione exire multum sanguinis, & iō ius interpretatur in minori parte. Nec ob. qđ statutū primo ponit rł'am, scđo ponit exceptionē: qa hoc in legib. & testis nihil operat̃ limitatio, cum illa sequens ita inest, sicut fuisset locutus limitate ab ipso initio, vt l. qb. dieb. §. qdam Titio. de ꝯd. & dem. no. ꝑ gl. in l. 2. in gl. mag. đ in diē adiect. Præterea qcqđ eēt si esset maleficiū simpl'r ꝯfessum tñ in proposito, cum curia nihil habeat, nisi ꝯfessionem rei, & ibi hoc est expressum, ꝙ nō erat opus medico, nec a iure ꝑsumit̃ illud, non video qualiter ex isto processu ꝯdēnari possit, nisi in pœna minori. Et ita mihi videtur Bar. à Saxofer.

ADDITIONES.

a ¶D. Statuto. Adde ꝙ istud cōs. Bar. ē s̄m ord. Peru. in j. ꝑte iud, in cōs. vlt. n. 81.
b ¶Ex scđo capite. Adde no. per Bar. in l. denunciasse. §. quid tñ. ff. de adulte.
c ¶Præsumūt̃. Adde Bar. ī l. j. C. đ sic. & ibi viđ plene ꝑ d. Hip. đ Mar. cui add. Bar.

CONSILIUM XLII.

1 *Officialis si decessit in officio, an hæredes eius habebunt integrum salarium.*
2 *Conductor si decedat, an debeatur integrum salarium locanti operas suas, & quid iuris in eo.*
3 *Merum Imperium quando alicui competat.*
4 *Capitaneus an æquiparetur maioribus iudicibus.*
5 *Capitaneus an æquiparatur ducibus, marchionibus seu comitibus.*
6 *Militia non est dignitas.*

a Quidam Capitaneus a de castello fuit electus capitaneū à cōitate Pisana pro vno āno, cū certo numero officialiū & familiariū, & cū certo salario: ꝑsentata electione acceptauit dictum officium, & ipse existēs in dicto officio đcessit, eius hr̃des petunt integrum salarium: Ex aduerso Cōe Pisarum dicit, ꝙ dēnt recipere solum pro tp̄e quo seruiuit, nunc q̃ritur, qđ iuris.
1 †Circa qōnē istā, qa ꝑ patres nr̃os antiquos clare ē determinata,
b vr̃ dicēdum, qđ dicti hr̃des dēant hr̄e salariū integrum, b vt no. gl. ff. de var. & ex or. cog. l. j. §. diuus, optimè facit ff. de asses. l. diē functo. & qđ ibi no. & licèt multi dānēt illā gl. sicut fuit Gul. de mōte Fauētino, q dicebat qđ debeat hr̄e salarium pro tp̄e quo seruiuit, & nō vltra alle. l. fortissimi. C. de ero. mili. āno. lib. xij. & hæc lex posita ē inct. Gul. de Cu g. diceret tñ aliqs qđ idem Gul. tenet ꝯ gl. in prin. suæ lect. qa cum hodie. Aduocatus, Potestas & similes, locēt operas suas, & vilipēdāt sciētiā suā & officia, non hn̄t salarium totius tp̄is, cū casus ꝯtingit in ꝑsona ipsorū: imo erit idē, qđ in casu ꝯtingēti ī ꝑsona cuiuslibet operas suas locātis, vt ff. locati. l. si vno §. cum qdā, & fuit hæc opinio Iac. de Ra. vt patet in lec. sua in d. l. diem functo. & istā opinionem videtur tenere Iac. de Butr. in d. l. diē functo. in veteri recollecta, intelligēdo illā legē, qđ loquatur de locatiōe operarum, q̃ fecerunt Comites legato, & tunc cum legato mortuo casus ꝯtingerit ꝑsonā legati ꝯducentis operas, salarium debet̃ residui tp̄is comitibus suis. & ita loqtur l. diē functo.
18 an totalis planus, Tyberis appellatione contineatur, attendendū est, si quidem flumen citra planum vadit, ita ꝙ ab vtraque parte fluminis planum Tyberis nominetur, quod in dicto loco fieret, in plano fluminis factum esse diceretur: quinimo etiam quod in ipso flumine fieret ī tali plano, sub totali appellatione nominato, factum esse diceretur: cura. n. ipsius fluminis aditus & exitus ab vtraque parte vnius plani appellatione ꝯtineatur, ergo & ipse fluuius alias flumen per medium dirimetur, nec esset vnus planus, sed plures plani arg. ff. de verb. sig. l. recte dicimus. facit, & est quasi casus, quia quod fit in aqua putei in ipsa re factum esse videtur, vt ff. de aqua quot. & esti. l. qui in puteū. § is qui. ī prin. sed si in illa parte fluminis: essent montes vel colles tunc ille locus propter aquē attractionem vergens plani appellatione non ꝯtineretur: sed vbi planus desinit, & locus ille ripę fluminis cedit. d. l. pen. de flum. nec etiam ipsum flumen aliunde habet aditum, argu. ff. vti pos. l. si duos. §. sed si supra eas. cum simil.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ Huius gratia. De ista materia ponit plene do. Fely. ī c. Rodulphus. in versi. declarantur. de rescrip. & vide Alex. de Imo. in consi. 25. in vij. vol. incip. consideratis his.

1 *Ager dicitur noster, vt habeat locum alluuio non solum respectu dominij, vel quasi sed etiam iure pignoris, vel vsus fructus vel quouis alio modo.*
2 *Via intermedia agro non impedit ius alluuionis,*
3 *Prædia ciuitatis, quæ coluntur sicut priuata habent ius alluuionis.*
4 *Additum per alluuionem plateæ vel campo, cui acquiratur.*
5 *Additum alluuione loco sacro, vel religioso, vel alieni cœmeterio ei non acquiritur, & in nullis bonis est, & occupanti conceditur, locus sacer intermedius impedit ius alluuionis.*

1 a Nostro. † Nostrum a quidem quantum ad pręsens spectat, ager dicitur, quod siue ad nos pertineat iure dominij, vel quasi, vel iure pignoris, vel vsus fructus, vel quouis alio, si enim ager ad nos spectat iure dominij, eodem iure alluuio pertinebit, vt hic. Et idem si quasi dominij, vt ff. de publica. l. si ego. §. quod tamen per alluuionem: idem si pignoris, vt ff. de pignor. act. l. si conuenerit. §. si nuda. de pign. l. si fundum. in princip. Item si vsus fructus. ff. de vsufr. l. item si fundi. §. j. Plus est quia si fundus ad nos spe quadam spectaret, illo iure ad nos spectaret alluuio, vt ff. de leg. j. l. quod in rerum. §. j. eodem enim iure quo fundus censetur.

ADDITIO.

Tho. Disp. ¶ Nostrum. Nota quod si arbor tua vi fluminis declarata in agrum meum se coaluit cum terra, an efficitur mea, & an poteris agere contra me ad æstimationem arboris, vide plene per Paulū de Cast. in l. hoc amplius. §. de his autem. & ibi Alex in secundo not. ff. de damno infec.

censetur. Item licet hic dicat agro nr̃o..institu.eo.§.p̃terea, dicit,
agro tuo, intelligo aũt quod sit alicuius, id est, ad aliquẽ iure pri-
2 uato pertineat.†Si enim esset iuris publici, vt via, tunc in ea ad-
hæreret, & iuris publici non efficeretur, sed eorum, qui prope
viam prędia possident. vt ff. de acq.rer.do.l. Martius. & quod no.
3 Insti.de re.diuisi.§.riparum. quæ autem sint †prædia ciuitatis, nõ
tamen in vsu publico, sed per ciuitatẽ coluntur sicut per priuatũ,
ea ius alluuionis habent. sunt n. tanquam priuata, vt ff. de c̃ohen.
4 emp.l.sed Celsus.in prin.† Quid dices, si alicui cãpo, in quo fiet
forum, vel forte plateæ per alluuionem flumen addiderit? Resp.
isti cãpi plateæ sunt, platea aũt s̃m Hug.& Pap.idem est, quod via
ampla, seu via lata: ergo, & c.sed via cedit si iure publico non offi-
5 citur, vt d.l.Martius.†Quid autẽ, si alicui loco sacro vel religioso
flumen adiecerit, vel alicui cæmeterio, vel loco aliter consecrato.
Resp.ei non acquiritur. non enim est ager noster, sed in nullius
bonis est, vt ff.de re.diui.l.j. Nec potest dici quod quæratur ei, qui
ab alia parte loci sacri prædia possidet .locus enim sacer medius
impedit acquisitionem, licet via non impediret, vt ff.de aqua plu.
arcen.l.si prius.§.sed loco.& de ser.l.seruitus.§.fi.Non enim potest
dici quod locus sacer ita dicatur predij sicut dicit de via, d.l. Mar-
tius. Via non destructa suppletur à predio vicino l.si locus.§.fi.ff.
quemadmo. serui.amit. quod de loco sacro non reperitur. Puto
autem quod talis. alluuio in nullius bonis sit sed occupanti con-
ceditur, sicut ĩ alluuione, quæ agris limitatis accedit, vt ff.de flum.
l.j.§. si insula.& §.seq.

1 *Flumen plublicum dicitur quod perpetuo currit, quæ autem in hyeme currunt, & non æstate priuata sunt.*
2 *Flumen priuatũ seu Torrentia nihil tribuit, per alluuionẽ adijcere tamẽ potest.*
3 *Torrentia siue fossata agrorum cur priuata sunt.*
4 *Fossata posita in confinio duorum prædiorum communia sunt.*
5 *Fossatum existens, prope finem prædij de quo apparent instrumenta antiqua, in quibus possessores emerunt prædia à latere intelligitur esse eorum, qui prædia a latere possident.*
6 *Alluuionis ius, an habeat locum in riuis.*
7 *Fluminis ripa, quæ erat iuxta prædium, si corruit, ita vt flumen alueum mutet, alueus acquiritur prædio.*
8 *Stagnum, & lacus si priuata sint nõ habent ius alluuionis, secus si publica.*

Flumen. Dd flumine publico loquor, & ista declarabimus
vt patet in ea parte legis quam in iij.lib.declarabi-
mus per quã exprimitur, q̃ loqtur de flumine, qđ est iuris publici.
1 probatur.Flumina publica †sunt quæ p̃petua sunt, vt ff.de flu.l.ij.
§.ij.& ideo gl.Insti.de re.diu.§.flu.super tex.qui dicit q̃ flumina oĩa
publica sunt, exponit omnia, id est perpetua, vt Padus & Rhenus.
Quædã verò sunt priuata, vt fossata in agro posita, quæ p̃ñq; cur-
runt, q̃ñq; non.Ista sunt verba glo.Item Roff.in libellis super in-
terdicto, ne qđ in flu.publ.dicit q̃ flumina, quæ in hyeme currũt,
in estate non sunt priuata.& benedicit ista.n.vocantur torrẽtia.vt
2 ff.de flu.l.j.§.torrens.Si igitur†priuata sunt per alluuionem nemi-
ni possunt aliquid tribuere. si enim cursum mutant, semper solũ
remanet eius, cuius primo erat. Quod autem dixi per alluuionẽ
non posset adijcere.intelligas apponendo, ita quod prædium ex-
tendatur. supponendo vero, potest adijcere sicut pinguedo agri
superioris adijcitur agro inferiori, l.j.§.fi.ff.de acqua plu.arcen.Et
3 si †quæratur a cur priuatorum sunt ista fossata, seu torrentia? dico
a hoc facti esse.Potest enim probari, quod per alicuius prędiũ aqua
prorupit, & fossatum fecit, vel inter prædia plurium aqua iuit.tũc
secundum terminos antiquos prædia erunt diuisa, & alia fossata.
Vel si potest probari qualiter sunt ab antiquo possessa: quod si (vt
sæpe accidit) nullum istorum, vel aliud sufficiens possit probari,
tunc puto illorum esse, qui prope ab vtraque parte prædia possi-
dent cuiuslibet vsque ad medium.arg eius quod dicitur de insula
& alueo dimisso.ff.de acq.re.do.l.adeo.§.insula.& § quod si toto.
& quod dicam in ij.& iij.lib.huius expressum esse comperies. ff.đ
aqua plu.arcen. l.ij.§ præterea.vbi tex.dicit.si in confinio fossa sit
& gl. exponit.in confinio, s.duorum prædiorum.& sic erat com-
4 munis fouea.†Et sic infert quod eo ipso, quod est in confinio p̃
diorum, est communis quod etiam expressius declarat ibi tex.dũ
dicit, eam partem quæ tibi accedat, & sic expresse innuit, quod eis
qui ab vtraque parte possident, prędia accedunt.quod intelligo
nisi ea fossata essent in vsu publico, tunc dicerentur publica, vt ff.
ne quid in loco publi.l.ij.§.hoc interdictum.& est expressum ff. vt
5 in flumi.publico nauig.lic.l.j.§.fossa.†Sed quid si reperiuntur in-
strumenta antiqua, in quib, possessores prædiorum a latere eme
runt prædium, & propè finem appositum fuit fossatum? Videtur
ad eos pertinere.Ipsa enim emimus, non confines.Pro quo fecit
quod fundi nihil est nisi quod intra se continet, vt ff.de actio.ẽp.
l.fundi.in prin.Credo quod similiter intelligatur esse eorum, qui
à latere prædia possident, vt s̃.probatum est. Nec obstat quod fi-
nes non emuntur, quia fateor, sed tamen possibile est, quod rei vẽ
ditæ accedunt.sicut si emerem fundum, & accessiones, & ponerẽ
b pro fine ripã fluminis b sicut etiam ponerem pro fine viam quo ad
quid fundo cedit, vt ff.đ acq.re.do.l.Martius.nec obstat d.l.fundi,
in prin.q̃a illa regula quod fundi nihil ẽ, nisi quod intra se conti-
net, patitur exceptiones p̃ alias r̃gulas, vel leges, vt in aquæ ductu
qui extra prædium, vt ff.de contrahen.emp.l.si aquæductus, & in
limitibus prædiorum & in viis, vt supra dictum est, & in tali fos-
6 sato, l.ij.§.præterea.de aqua plu.arcen. †De riuis verò & aliis no-
minibus fluuiorum, seu quæ aquarum cursus significãt quid iuris
sit, & an in eis alluuionis sit ius, vt ĩ ij.lib.vbi de Insula tractabim⁹,
7 dicetur: quoniã text.in l.j.ff.de riuis.de hoc ibi facit mẽtionẽ.†Sđ
quæro, quid si ripa prædij.versus flumen naturaliter se extendit,
quia forte ibi erat lapidicina accrescens.de qua dr̃.ff.sol.matr.l.di
uortio.§.si vir in fundo. vt euidenter vr̃ Pisis apud montẽ Pisanũ
in lapidicinis marmoreis, vel in terrę motu fluminum, vbi ripa
erecta corruit, & ipsa iuncta prædio remanens fluminis in alueo
per eum locum cessare fecit? Respondeo, puto totum locum do-
mino prædij accedere, sicut per alluuionem: omnes enim istæ ac
cessiones quæ diuina natura obueniunt nullo facto humano in-
teruenienre, eiusdem naturæ sunt.vt ff.de vsufructu l.item si fũdi,
§.j.& hoc videtur sentire Azo in summa.Insti.de re. diui.siue enĩ
flumen prædio meo addat, & propter hoc ab eo simpliciter rece-
dat nihil addendo nobis accrescit, vt ff. de acqui. re. do. l. Marti⁹.
hoc autem nihil addendo recedit, sed ab eo recedit naturali im-
pulsu. Istud autem incrementum, quod quandoque ripa natura-
liter excrescente contingit, dici potest alluuio: quia latens incre-
mentum est.quando verò ruina, vel terræ motu contingit potest
dici incrementum aluei recedentis de quo dicemus in tertio li-
8 bro huius operis. cum enĩ repente fluit, alluuio nõ est.†De lacu
verò & stagno dicendum est, quod quando lacus & stagna sunt
priuata, tunc non est dubium, quod per alluuionem non vni de-
trahit, nec alij addit: sed locus ille, qui inũdatur aqua lacus vel sta
gni etiam ita innundatus remanet eius, cuius primò erat, vt ff.de
acq.re. do.l.lacus. de aqua pluuia arcen.l. vicinus. §.fin. Quidam
lacus & stagna sunt publica, & hoc duobus modis. quandoque
enim sunt publica id est, Reipub.& ibi nullus piscatur nisi cui Res
pub. commiserit, vt in lacu Perusino, tunc idem quod si essent,
priuata, vt ff. de contrahenda emptio. l.sed Celsus.quædam sunt
publica, vt in vsu publico, per eum enim quilibet piscatur ad pla-
citum, tunc addit & detrahit per alluuionẽ sicut flumina publica,
vt ff.de verb.sig.l.litus.& ff.vt in fluminibus publi.na.lic.l j.

ADDITIONES.

a Tho.Dip.¶Et si quęratur.Plures quæstiones de fossatis vide per Fel.in c.Rodulphus.de rescrip.Et vide Bar.in l.prædia.§.si ita legatũ. & ibi scripsi in apostil. mea ff.de fun. instruc.

b Tho.D.¶Ripam fluminis.Vide plene.per do.Alexã.in conf.43.in vj.vol.inci. omissis argumentis.vbi plene ponit de doctrina Bar hic, & est duplicatum in consi.120.in ij.vol.& idẽ Bald.in rub.ff.de rerũ diuisiõe.in vij.col.in fi.& seq.

1 *Adiecta dicuntur, quæ ita adiiciuntur, vt vniantur.*
Quicquid alluuione adiicitur, & vnitur prædio nostro, nostrum est.
2 *Proiectum per flumen in agrum uostrum, nostrum non est, sed conceditur occupanti.*
3 *Arena adiecta alluuione fundo nostro, nostra est.*

1 Adiecerit. †Adiecta dicuntur ea, quæ ita adiiciuntur, vt
vniantur, vt ff.de rei vindicat. l.in rem.§.item
quæcunque.Vniri autẽ dicuntur, quando partes inuicẽ cohærẽt,
apparet.n.euidenter id quod p̃ alluuionem additur alteri prædio
cohærere.si quid aũt sit quod adiiciatur, ita q̃ cohęreat. siue terra,
2 siue lignum, siue æs, nostrum erit.Illud autem†quod p̃ flumen in
nostrum proiicitur, quod non cohæret, licet nullius sit, tamen no
strum non est, sed occupanti c̃ceditur, vt patet in apibus, & fauo
mellis ab apib.facto, vt ff.de acq.re.do. l.naturalẽ. §.apum. Inst.de
re.diui.§.apum.Hic etiã apparet q̃ fundi nõ est, nisi quod intra se
c̃tinet, ita q̃ sit affixum, vt ff.de act.emp.l.fundi in prin.facit ff.de
3 acq.poss.l.iij.§.Neratius. †Quid autẽ dicemus de arena cuius par-
tes inuicem non cohærent, an nostra efficiatur? Respon.cum hæc
materia terrea sit, nec cuius sit appareat, cum ipso fundo c̃fundi
dicitur sicut dicimus de pecunia mista cum pecunia, vt ff.de solu.
l.si alieni.hoc etiam apparet, quod omnia incrementa fluminum,
quæ fiunt per alluuionem sunt aditamenta arenosa. De isto igitur
iure, vt s̃.dixi sic sentio, vt gl.sentit.

Iuregentium. Hoc est ius, quo omnes gentes vtuntur,
vt ff.de iust.& iur.l.iij. §.fi.competit ergo
istud ius deportatis & cæteris, qui iura ciuilia perdiderunt, vt ff.
de pœ.l.quidam sunt.

1 *Adiectum alluuione nobis acquiritur ipso iure, absque facto hominis.*
2 *Adiectum alluuione agro, possidetur eo iure, quo possidetur ager.*
3 *Alluuio non habet locum in agris limitatis.*
Agri limitati, dicuntur agri capti ab hostib.& inter milites diuisi.
4 *Territorium vnum, si Princeps diuidit inter plures, dicitur ager limitatus, & non habet ius alluuionis.*
5 *Territoria diuersa, si diuersis integre assignantur, non dicuntur agri limitati.*

Allu.

Alluuio non tribuit iurisdictionem, sicut tribuit dominium rerum priuatorum, & num. 9.
7 *Iurisdictio est iuris publici. Et qualiter sit iuris publici.*
8 *Iurisdictio si diuidatur flumine, quælibet ciuitas, vel dominus habet iurisdictionem in ipso flumine, vsque ad medium.*

1 Acquiritur nobis. †Acquiri nobis intelligo eo iure
quo ager primum ad nos ptinebat
vt s. dictum est, cum exposuimus, verbum, nostro. & fit acquisitio
ipso iure gentium absque alicuius hominis facto. An autem sic ac-
quiri dicatur, vt possideamus, ꝙ per alluuionem adiicitur, dubitari
a potest: sed cum hoc.[a] † quod adiicitur pars primi agri sit, nō nouus
2 ager, puto ꝙ id quod adiectum est, sicut primus ager possidetur,
arg. ff. de acq. poss. l. iij. in prin. In eadem opinione, quis videtur esse,
vt velit totum fundum possidere, vt ff. de leg. 1. l. si ex toto. in prin. &
3 l. quod in rerum. §. pe. † Prædicta autem nō habent locū in agris li-
mitatis, vt ff. de acq. rer. do. l. in agris. & ff. de flum. l. j. §. si insula. Quid
autem sint agri limitati, ibidem Iurisconsultus explanat, hoc est ager
captus ab hostib. & diuisus inter milites, vt sciretur quid cuique da-
tum esset quod venisset, & quod in publico relictū esset. d. l. in agris.
in fi. si ergo Princeps vnum integrum territoriū vni assignaret, non
erit ager limitatus, vt hic patet: quia non est diuisus. Et hoc vult tex.
in d. l. in agris. dum dicit, ꝙ si ager totus apud Rempub. retinetur nō
4 est ager limitatus. † Sed si vnum territorium Princeps inter plures
b diuidit,[b] tunc agri limitati sunt, nec ius alluuionis habent, d. l. in a-
gris. & de flum. l. j. §. si insula. ratio huius pt esse, quia postquam Prin
ceps limitatè decidit, vult quod semp limitatè possideantur, vt sem-
per sciatur quantum habuit beneficio Principis: nec possit dici, ꝙ
habuit beneficio fortunæ. vel dic ꝙ ratio est, quia flumina loco cen
sitorum habentur, hoc est illorum officialium, qui pp censum ac-
cipiunt de iure vnius, & dant alteri, sicut dicti officiales nō possunt
mutare ꝯcessionem factam p principē: ita nec flumen, arg. ff. de acq.
re. do. l. ergo. §. pen. Sed huic rationi ꝯdicit expositio Azo. quā facit
in Sum. Inst. de rer. diuis. ver. nouus autem alueus. vbi dicit, flumina
habentur loco censitorum, id est iudicum & principum, vel iuris
authoritate. ideo non habent ius alluuionis, qa pro illis prædiis nō
tenētur soluere factiones. ideo in alio grauantur, vt C. de fun. li. l. fi.
lib. 11. Vel dic non esse rationē quærendam, postquam habemus de-
terminationem. In agris igitur limitatis non habet locum ius allu-
5 uionis. † Sed quid, si plura territoria capiantur, & quodlibet territo
rium p se integrum diuersis militib. assignetur? Rñ. non esse agros li
mitatos, sicut si vnum integrum vni assignetur, vt dictum est. arg. ff.
6 de ver. obl. l. scire debemus. 2. rñ. † Quæro si territorium[c] & iurisdi-
c ctiones ciuitatum & episcopatuum sunt diuisa & terminata p cur-
sum alicuius fluminis, an sicut flumen accipit de iure vnius, & dat
alteri iure dñij, ita faciat in iure iurisdictionis? Et vr ꝙ iurisdictiones
non mutentur: sunt. n. limitatæ à principe: ergo vñr agri limitati, d. l.
in agris. Et sic dico, ꝙ si hoc non apparet, dicam ꝙ iste limitationes
sunt antiquæ, & à tpe cuius memoria nō existit: ergo habēt iure ꝯsti
tuti p principem, vt ff. de aqua quo. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquę.
& sic videtur limitati. Sed hæc ratio nō est sufficiens, pone. n. quod
princeps non diuisit territoria, vel sicut diuisa inuenit, diuisa serua-
uit. & tunc agri limitati non dicuntur. vt dictum est. Vel dicamus, ꝙ
iurisdictio nō mutatur, quia alluuio ea quæ sunt publica in aliū nō
transfert: arg. l. Martius. ff. de acq. rer. do. Sed huic obstat quod s. di-
ctum est sup verbo nostro, qa ea, quę sunt publica, hoc est, ciuitatis,
7 in vsu publico ius alluuionis habent. cuius gratia vidēdum est, † an
iurisdictiones sint iuris publici: & ꝯstat esse, vt ff de iustitia & iur. l. j.
§. publicum ius, ibi magistratibus, &c. Secundò videndum est quali-
ter iurisdictiones sint iuris publici, an tanquam ea, quæ sunt in vsu
publico, an tanquam ea, quę sunt ciuitatis, vt priuatus possidet? Ad
quod sciendum est, ꝙ sicut pater & filius, dominus & seruus sunt
correlatiua: ita iurisdictio est quędam relatio domini in subditos,
& sicut pater habet ius in filium, ita filius ꝯ patrem habet quędam
iura petendi alimenta & similia. Ita in iurisdictione, subditi habent
quoddam ius petendi iurisdictionem à superiore. & si ille denegat,
delinquit & punitur, vt in Authentica, vt differ. iud. in prin. & ff. &
C. de magi. ꝯue. cum si. & istud est iuris publici, tanquā ea, quæ sunt
in vsu publico. quilibet. n potest à magistratu iustitiam petere, vt d.
l. j. §. publicum ius. de iustitia & iure. Alio modo ꝯsideratur iurisdi-
ctio, prout est ī ipso magistratu, ciuitate, Comite, vel Barone, & isto
modo iurisdictio est iuris publici eo modo, quo sunt ea, quæ ciui-
tas possidet vt priuatus quod patet, quia non quilibet de ciuitate
vtitur, sed solum cui Respublica permiserit, & ea, quæ inde perci-
piuntur. vt mulctæ, pœnæ, banna & similia ipsius ciuitatis. vel domi-
nij sunt tanquam priuata, vt ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. hoc inter-
8 dictum. ¶ Item videndum est, † vtrum iurisdictio ꝯpetat cuilibet ci-
uitati, vel dño, & in ipso flumine vsque ad medium ipsius fluminis
terminantis? Et resp. ꝙ sic: quia omnia, quæ sunt in ꝯfinio sunt com-
munia illis, qui ab vtraque parte possident, vt l. arbor. ff. communi
diui. de aqua plu. arcen. l. ij. §. præterea. & de acq. rer. dom. l. adeo. §. fi.
& sic de omni eo, quod ꝯmiscetur in ipso flumine quilibet habet
9 iurisdictionem vsque ad medium fluminis. † His præmissis in quæ-
stione proposita, cum in ipso flumine, & solo ipsius ciuitatis do-
mino, vel alterius loci domino, vel episcopo competit ius iurisdi
ctionis tanquam ius priuatum, & sic tanquam ad hoc flumen est
* priuati iuris. dicendum * est indubitanter, quòd per alluuionem,
hoc est, per additionem, quæ fiat à flumine, non adiicitur, vel detra-
hitur iurisdictioni, sicut supra dictum est de lacu, vt ff. de contrahen.
emp. l. Rutilia Polla. de aqua plu. arcen. l. vicinus. §. fin. de acquir. rer.
domi. l. lacus. arg. ff. de aqua quotid. & æsti. l. hoc iure. §. si aquam.
sed facilis est solutio, si bene inspiciatur.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Sed cum hoc. De dictis per Bar. hic vide plene per Alex. in l. j. in princ. ff. de acq. pos. & domi. Ias. in l. 3. inci. possideri, de acqui. pos.

b Tho. Dip. ¶ Diuidit. Vide Ale. plene in l. cætera. in prin. ff. de leg. 1. vbi plene examinat doc. Bar. hic, & vide Bar. Soc. in cons. 181. inci. visis capitulis.

c Tho. D. ¶ Quæro si territorium. Adde Bar. Veron. in suo tract. de seru. in rub. de flum. priuato. & Io. de Platea. in l. fi. in fi. C. de fun. limitroph. lib. 11. & apostil. Franc. de Curte in l. j. in addi. Alex inci. confertur ff. de iuris. om. iud. & plene in cons. 66.

* ¶ Dicendum. Adde tu, ꝙ contra hanc opi. Bar. quam tenet Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. versi. sed vlterius quæritur. & in c. j. §. si quis de manso. de controuer. inuest. & Ang. Ant. & Io. Fab. in §. præterea. Insti. de rerum diuisio. consuluit do. meus Barth. Soc. in consilio, quod incipit, Dominus labia mea aperiat, & Spiritus sanctus alluminet intellectum meū, præsens consultatio pulchra est, & subtilis, in qua eleganter, & subtiliter. quod non habetur in impressis, & ita consuluit collegium Papiense, quod consilium est inter consilia Fran. Curtij cons. 56. & etiam Lud. Bologni. in consi. 13. & latum consilium vide etiam per Corneum consilio 287. vol. 3.

---

1 *Intelligere non comprehenditur per visum.*
2 *Testis deponens per verbum, intellexit, non probat, nisi exponatur, idest, vidit.*
3 *Alluuio probatur per tres testes deponentes quòd viderunt minutatim incrementum allatum.*
4 *Confines reperti fracti in domo præsumuntur fracti ab eo, qui remansit ad custodiam.*
5 *Relatum factum in consilio præsumitur ab eo solo, qui exiuit.*

Per alluuionem autē videtur adiici quod ita paulatim
adiicitur, vt intelligere non possimus,
quantū quoquo momēto tpis adiicitur. Ista verba sunt legis adeo.
§. præterea. ver. p alluuionem. ff. de acq. re. do. Super verbo momen
to temporis. gl. in verbo, momento tpis, sic ait: nam & si tota die fi-
gas intuitum, imbecillitas visus tam subtilia incrementa perpende-
re non pt, vt in cucurbita ostendi pt, vnde dicitur latens incremen-
tum, vt Inst. eo. §. præterea. Ista sunt verba Azo. in summa. Inst. de re.
1 diuis. ver. p alluuionem. Et aduertendum est, † ꝙ illud qd tex. dat in-
telligere, gl. intelligit, hoc est, per visum ꝯprehēdi nō potest & me-
rito. Vt. n. naturales dicunt, vna est virtus intellectiua, q̄ intelligit: &
hæc eadem in homine mediante organo oculorum, videt, & p au-
2 rem audit, & sic de similibus. Hæc autem expositio licet † verbis le-
gislatoris ꝯgrua sit, in dicto alicuius testis ꝯgrua non esset, q de eo
debet deponere quod simpliciter sensu corporis percipit, vt ff. de
testa. l. qui testamento. §. fi. C. de testib. l. testium. & no. p Inn. extra de
testi. c. in nomine. & in c. cum causam. Si igitur diceret testis aliquid
esse, quod sic fieri intellexit, nō pbaret nisi exponeretur, intellexit,
id est vidit, quia potuit per alium modum ad hunc intellectum pue
nire, de quo modo interrogatur. Sed hic meritò occurrit dubitatio.
3 † Si. n. hæc alluuio non potest p sensum corporis ꝯprehendi, ergo
ꝙ sit alluuio p testes nō poterit probari. dico autem ꝙ bene potest
videri, ꝙ flumen addit, sed non quantum quoquo momento, sicut
in puero excrescenti videmus. Dico etiam ꝙ ex diuisione loci post
incrementum allatum potest videri, & per visum ꝯprehendi quod
per alluuionem est factum. Expositione enim facta de terra addita
hoc manifeste per omnes ꝯprehenditur, ꝙ minutatim factum est,
& ꝙ à flumine factum est, quod per aliū fieri impossibile esset. Vn-
de puto testem probare, qui diceret, ꝙ ipse vidit minuatim incre-
mentum allatum, & vidit ꝙ est alluuio addita à flumine minuatim.
Idem puto in quacunque materia ꝯtingere, vt si sit aliquid factum,
quod nisi ab vno fieri poterit. quòd apta sit probatio illum fecisse.
4 † Quid enim si per certam horam vnus ad domus custodiam sit di
missus, ꝯstátque nullum alium ingressum esse, & confines, qui clau
si dimissi erant fracti reperiuntur, proculdubio ille qui remansit, fe-
5 cit. † Et quid si plures erant in consilio super arduis constituti. con-
stat neminem exiuisse, vel cum alio locutum fuisse, vno excepto, &
reperitur negotium esse scitum, & propalatum, tunc proculdubio
ab illo solo exeunte de consilio, vel cum alio loquente factum est,
cum ab alio fieri sit impossibile, sicut hic impossibile est ab alio ad-
ditum, quam à flumine, &c.

---

1 *Vis in singulari pro potentia, pro violentia: item pro necessitate, & etiam pro potestate ponitur.*
2 *Vires in plurali, denotant effectum, seu efficaciam, & potentiam corporis.*

Quòd si vis Fluminis. Hic tractare incipit de incre
mento nō p alluuionē hoc
est, nō paulatī & latēter: sed manifestè & palā. Ait ḡ, vis fluminis, i.
1 potētia fluminis. † Multa. n. significat hæc dictio, vis. Quādoq; po-
nitur pro potentia, vt hic, & in vulgari dicimus, talis homo habet
magnam

magnam vim, hoc est magnam potentiam, quod non intelligitur de corporali, sed de ea, quæ ptingit ex multitudine amicorum, vel subditorum, vel diuitiarum. Quandoque pro violentia, vt ff. q met. cau. l. ij. & l. extrat, cum simil. Quandoque pro necessitate, vt ff. de statu ho. l. libertas, & quod ibi no. ibi, nisi per vim, &c. Dicimus in vulgari, ego facio hoc vi, id est, necessitate cogēte. Facit C. de rescin. vend. l. non idcirco. Item accipitur pro potestate, vt ff. de tut. l. j. in prin. §. j. & insti. de tut. in prin. Et istis casibus declinatur tantum in
2 singulari per omnes casus, † plurali vero non vtimur. reperitur tamen vires in plurali: & istud non habet singulare: & interdum ponitur pro effectu, seu efficacia, vt ista stipulatio habet vires, vt ff. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. hi qui. ponitur etiam vires, id est, vt virtutes, vt ait Cato, Herbarum vires, &c. ponitur etiam pro potentia corporis, vt ille homo habet magnas vires. Reperitur etiam istud aduerbium, vix, cuius significatio ponitur. ff. de iudic. l. vix. & ad Velleia. l. tutor. cum simil. &c.

Partem aliquam de tuo prædio detraxit, &c.

Vt igitur hæc pars locum habeat, oportet constare, q pars illa, quam flumen prędio meo applicuit, ex tuo prædio fuerit. Si verò cuius fuerit ignoretur, tunc statim q terræ meę applicaretur, meum esset, vt s. in prin. dictum est, & etiam super verbo, adiecerit.

1 *Applicare, idem est, quod imponere, & subiicere.*
2 *Adiicere fundo dicitur, quod inuisibiliter fit, applicare quod visibiliter, & palàm.*
3 *Crusta agri, quæ applicatur prædio, quando possit vendicari.*
4 *Crusta agri tui applicata prædio meo, & ita quòd inseparabiliter vnitur, efficitur mea.*


Ex prædio meo appulerit, &c.

Inst. de rer. diuis. §. qd
1 si vis. vbi est idem tex. Et dicitur, † applicauerit. quod exponit gl. in d. §. quod si vis. in verbo attulerit, id est apposuerit, & subiicit, puta crustam terræ vineatæ & arboratæ. Ita dicit glo. sm hoc differt hæc pars à præcedenti: quia ibi adiecit à latere, hic supposuit. licet hoc in se verum sit, tamen non puto curandum. Siue enim à latere, siue
2 super fundo talem crustam posuerit, idem iuris est. Differt ergo † q in præcedenti parte adiecit inuisibiliter, hic vero visibiliter & palàm. Quid autem sit hoc quod dicit appulerit, seu applicauerit, aduertendum. Potest autem hoc esse sine vnione rei, quæ applicatur. Dicimus enim nauem ad portum applicasse, vel applicuisse: non tamen vnitur portui. Et sic hoc modo crusta † agri, quæ prædio meo
3 applicatur, sine dubio tua manet, vt hic, & à te poterit vindicari. vt s. de dam. infec. l. hoc amplius. §. 1. † Quandoque crusta agri tui meo
4 prædio applicatur aliqua leui vnione, vel quod potest facilè reparari, & tunc idem. Ideo dicit tex. palàm est tuam rem permanere, vt hic. Raro enim terra potest apponi super terram, quin aliqualis applicatio & vnio fiat. & ideo hæc lex notabiliter requirit, q arbores radices emiserint, vt j. videmus: quando crusta agri tui meo prędio applicatur, ita quòd inseparabiliter vnitur, tunc prædij mei efficitur, vt j. dicetur, &c.

1 *Crusta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur vnita cum meo, & mihi acquisita.*
2 *Impositum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.*
3 *Arbor mea imposita tuo fundo, etiam si ibi coaluerit, petitur actione in factum.*
4 *Crusta applicata fundo meo, postquam fuit vnita vendicari non potest.*
Arbor antequam coaluerit vendicatur à domino.
Crusta antequam sit vnita, potest agi contra dominum, vel vt illam tollat, vel vt illam pro derelicto habeat.


Plane si longiori tempore.

Eandem materiam prosequitur quando ab initio crusta in meum agrum, vel fundum translata est sine vnione. Si enim ab initio fuerit vnita, vt quia multum cum terra agri mei vnita sit, ita quod nec discerni, nec separari potest, aliàs possessio mea esset, vt d. l. hoc amplius. §. 1. de dam. inf. Sed quando ab initio sic vnita nō esset, tunc ex post facto fieri potest vnio, & vniri
1 potest, quod si fiat, tunc efficitur mea. Hoc autem qualiter † fiat vnum exemplum ponitur, si longiori tempore fundo meo hæserit, q vt hic in gl. 1. in verb. longiore tēpore dicitur, quidā exponebant 10. vel 20. ann. quod gl. reprehendit. Sufficit enim q tanto tempore stet, vt coalescat arbor in terra, vel si forte crustam non habent arbores, sufficit si tanto tempore steterint q si ibi arbores essent, coaluissent. ex cursu enim tanti temporis præsumitur facta vnio terræ, & hæc est mens huius literæ. Puto etiam q si intra modicum tempus illa crusta propter pluuiam sit diruta, & cum terra agri mei vnita sit, q statim sit effecta mea. arg. ff. de glan. legen. l. j. & d. l. hoc amplius. §. 1. ex eo enim tempore quo cum terra vnitur, fundo meo di-
2 citur acquisita. Et est aduertendum. † quia supra in acquisitione, quæ fit per alluuionem dictum est, q acquiritur nobis. hic vero dicitur, q acquiritur fundo, quod verum est, prout hic gl. intelligit, q loquitur de eo, quod supponitur, quod ipsi fundo acquiritur. illud vero quod fundo adiicitur, potest domini destinatione possideri, vt fundus separatus à primo. & sic magis personæ quàm rei dicitur acquiri. Sed intelligendo, q hic etiam per extensum non est vis: quia siue acquiratur nobis, siue fundo nostro, idem est ab initio enim fundo acquiritur, licet possumus postea separatim possidere
3 destinatione nostra: licet † autem arbor coaluerit, an vindicari possit. Glo. hic tenet, q possit peti actione in factum & hæc de arbore.
4 Ipsa † autem terra postquam vnita est, peti non potest, d. l. hoc amplius. §. ita demum. de dam. infec. antequam autem coaluerit, ipse dominus potest vindicare, dum tamen de damno infecto caueat, vt d. l. hoc amplius. §. fi. ego autem in cuius præiudicium delata est crusta, possum agere contra dominum, vt ipsam tollat, vel pro derelicto habeat. vt l. prætor ait. §. fi. ff. de dam. infec. Postquam vero vnita est, hoc facere non possum, vt d. l. hoc amplius. §. 1. versic. sed nec ego. Ad figuras igitur veniamus.



Quia circa


diuisiones eorum, quæ per alluuionem adiiciuntur, quæstiones plures vidi, quarum doctrinam dare impossibile arbitror, nisi res inspectione oculorum inspiciatur. Ideo figuras ad oculum demonstrātes inserui, per quas illa solum docere intendo quæ communiter ignorantur: & in hoc vtar aliquibus conclusionibus geometricis. Nec hoc quis arbitretur incongruum: quia omnis scientia ancillatur huic. Est enim hęc Architechonica de aliis cunctis disponens, vt dicit Aristo. 1. Ethic. Sciendum est igitur, q inter eos qui ex vna parte fluminis prædia possident, id quod per alluuionem adiicitur, vel quoquo modo scilicet dimittendo insulam, vel alueum, commune est pro diuiso, pro modo latitudinis, quæ latitudo propè ripam sit, vt in §. adeo. & §. insula. hoc autem fit ducendo lineam per directum, per illam partem quæ adiecta est per alluuionem, seu per insulam dimittendo alueū. ad ostendendum igitur, quæ sit linea recta super directum ducta, facta est ista figura. Sed an linea sit recta, quæro tribus modis. Primò, an linea sit recta secundum se: & de hoc in figura. Secundò an linea sit recta respectu alterius lineæ. supra quam cadit. Tertiò, an linea sit recta respectu alterius puncti, qui est in angulo duarum linearum, hoc est, an rectè secet angulum per medium. De quolibet videmus. De primo dico, q linea recta secundum se, est ab vno puncto ad alium extensio, vt patet in prima linea supra posita, vbi sunt duo puncta. a. b. nam si extendatur prima linea ab vno puncto ad aliud, illa linea erit recta. & si vnum filum tangens illa duo puncta extenderetur in infinitum, tota linea erit recta, vt patet ad sensum, & figura demonstrat. Item sciendum est, q si fieret aliqua linea super duo puncta æquè distantia à primis, vt c. d. æquè erit linea recta. & si in infinitum illæ duæ lineæ extenderentur, nequaquam iungerentur, vt ex figura patet ad sensum. Sed si fierent duo puncta non æquè distantia à primis, sed vnus esset magis propinquus primæ lineæ, alius magis remotus est, vt e. f. tunc protrahendo lineam, linea est indirecta secundum se, vt præcedens, nam punctum. a. est magis remotum à linea. c. d. quam punctum. f. tamen protrahendo illas duas lineas necesse est eas simul iungi. Si vero secundū punctum esset remotum, vt g. h. (constat enim quòd punctum. g. est magis propinquum præcedenti lineæ, & punctum h. est magis remotum) tunc quanto magis istæ duæ lineæ extenduntur, tanto amplius distrahuntur, vt patet ad sensum. & prædicta sunt multum not. in geometria, vt patet primo libro Euclidis.



Hæc figura

facta est ad ostendendum, quomodo posita vna linea recta super aliquo puncto ipsius lineæ, alia linea recta perpendiculariter, & rectè cadit, quod cognoscitur: quia quando super vnam lineam rectam, alia recta & perpendiculariter cadit, tunc vterque angulus rectus erit. Sed si non caderet rectè, & perpendiculariter, tunc vnus angulus erit acutus, alius latus erit & apertus quasi obtusum ostendat. Exemplum primi

primi dicti. sit linea posita. a. b. & punctum in ea ponitur d. super illo ducatur linea perpendiculariter. c. d. tunc vterq; angulus rectus erit æqualis. Exẽplũ secundi dicti sit linea posita. e. f. punctũ in ea g. posi tus sup illo ducatur linea nõ rectè sed perpẽdiculariter, vt si flectat versus punctũ f. & sic linea g. tũc angulus est acut⁹ in illa parte qua flectetur, & ab alia parte erit obtusus, Sed dubitatur, si ponatur linea i. k. & in ea punctum. m. & ducatur sup illã lineã. m. n q̃ in nullã partem flectat, & tñ in aspectu nõ vr̃ linea recta, qd erit? Resp. verè est linea recta prima, i. k. & alia sup ea rectè cadit, si ɔsideretur ſm se: non autẽ si ɔsiderer̃ respectu quadraturæ istius chartæ, sup. qua describit̃. Sed ad istud nullus est habendus respectus, sed solũ ad lineã positã, & ad illã q̃ s. eã ducit̃, & hoc est vtile scire ad multa, q̃ ĩ. dicetur, &c.



Quia in diuisione, de qua tractaturi sumus, sępe expedit diuisiones fieri p mediũ. ideo ad hoc docendũ & demonstrãdũ facta est ista figura: ponat̃ ergo linea recta. a. b. q̃ volumus diuidere p mediũ, ita qd in ipso libro possit cuiq; demonstrari. Primo ponã pedẽ circuli in pũcto. a. & ostendã circulũ vltra mediũ lineę, vt ostẽdit circulus rubeus: deinde ponã pedẽ circuli in pũcto b. & s. eũ faciã circulũ æqualẽ primo. vt ostendit circulus azureus, q duo circuli sese ꝓtẽdũt in duob. locis, vt apparet. ducã igit̃ lineã rectã ab vno dictorũ pũctorũ, vbi circuli se ꝓextendũt ad aliũ vt ostẽdit linea c. d. dico, ꝙ hæc linea diuidit lineã ductã p mediũ vt apparet, & ꝓbatur sic. Si ab æqualib. æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia, vt dicit Euclides. Sed æqualis distantia est à puncto. a. vsq; ad circunferentiã circuli rubei, qualis est à pũcto b. ad circunferentiam circuli azurei, & p lineã. c. d. q̃ æqualiter admittitur ab vtraq; parte p distantiam: ergo patet ꝙ illud qd remanet de linea. a. b ab vtraq; parte, est æquale: & sic linea c. d. eã secat p mediũ. ¶Itẽ ex prædicta figura apparet alia demõstratio, videlicet, ꝙ inter. a. b. non esset linea ducta: sed esset spatium, qd inter duo puncta debet diuidi iure ꝓximitatis, qd in dicta linea. c. d. diuidit dictũ spatium directò p medium, ita ꝙ quicquid est s. est magis ꝓpinquum. a. & quicquid est infra, est magis propinquum. b. etiam si linea. c. d. extenditur in infinitum. Apparet etiam ex dicta figura alia demonstratio, videlicet ꝙ s. vnã lineã, vel basim rectã duæ lineæ circulorũ æqualiũ se ꝓtendũt, & à pũcto vbi se præscindent ducatur linea ad punctũ, q est in medio dictæ lineæ, vt basis, illa linea perpendiculariter cadit ad angulũ, & facit rectum ab vtraq; parte, vt patet ad oculũ: & ꝓbatur ex præcedẽtibus. Quòd si dicta linea diuidit spatium p medium, apparet ꝙ nõ flectit versus aliquam partium, & sic facit angulum rectum ab vtraq; parte & ista sunt multum necessaria ad cognitionem sequentium, &c.





Figura ista est facta ad ostẽdendũ qualiter posita vna linea recta, & puncto in ea posito s. illud pũctum alia linea recta, & ꝑpendiculariter ducatur, ex his, q̃ posita sunt de necessitate ɔcluditur. Sit igitur linea posita. a. b. & in ea punctũ positũ. c. s. quẽ volo aliam lineã directã ꝑpendiculariter ducere. faciam igitur ab vtraq; parte illius puncti duo puncta æquè distantia. d. e. deinde assumã duas æquales lineas cũ duab. virgulis, vel chordulis, & vnã ponam sup puncto. d. aliã sup puncto. c. & ambas ɔiungam p modũ trianguli in puncto f. postea ducam lineam à puncto. c. posito vsq; ad punctum. f. dico igitur ꝙ illa linea rectè quod perpendiculariter cadit supra datam in puncto dato, vt h c oculus ostendit: qa facit angulum rectum ab vtraq; parte, & ꝓbatur in lib. Euclidis. Vel breuius sic detur linea. g. h & in ea ponatur punctum. i. s. quẽ volo rectè & ꝑpendiculariter lineam ducere, & faciã duo puncta ęquè distantia, ad punctũ datũ. vt k. m. deinde ponã pedẽ circuli. vsq; ad punctũ m. & extendam vsq; ad pũctum. k. & voluam illam partẽ versus quam volo illam lineã, deinde ponã pedẽ circuli in puncto m. & extẽdam vsque ad punctum k. & simili modo voluam. Sequitur ꝙ illæ lineæ circulares se inuicem secabunt in puncto. n. dico igitur ꝙ si à puncto. n. dato ducatur linea ad punctum. l. perpendiculariter & rectè cadit supra dictum punctum. l. eadem ratione qua supra probatum est in præcedenti figura. Quandoq; supra vnam basim rectam duæ lineæ circulorum æqualium se præscindũt. & à puncto vbi se præscindent, ducitur linea ad pũctum, quod est in medio basis, & super illa duo puncta linea in infinitũ producta, semper rectè cadit, vt patet ex his, quæ dixi s. in prima figura. hoc etiã patet ex his quæ dicta sunt: quia dicta linea cadens ab vtraq; parte, facit angulum rectum.



Figura ista est facta ad designandũ circulũ, qd in prima fuit quæsitũ. s. si ponat̃ vnũ punctũ in angulo duarũ linearum, & s. illud volo ducere lineã rectam, seu perpendiculariter, qualiter fiat, ꝙ docet hæc figura: ponantur g duæ lineæ, scilicet a. b. & b. c. quæ ɔueniũt in vno puncto, & ibi faciunt angulũ cuiuscunq; ɔditionis sit ille angulus. & sup illud punctum volo ducere lineam rectam. faciã igitur ab vtraq; parte anguli in illis lineis punctũ b. qd patet, si ducat à puncto. f. vsq; ad punctũ. b. ꝙ illa linea rectè & ꝑpendiculariter cadit sup. b. qd patet: qa si ducatur alia linea recta à puncto. d. illa secatur p medium, & ibi illi anguli recti, vt probatur in lib. Euclidis. Præterea in ipso angulo. b. sunt duo anguli æquales. Vel si vis aliter ꝓbare & operari, ponas duas lineas. g. h. i. quę ɔueniunt in puncto. h. s. quẽ vis ducere lineã rectã, faciam ab vtraq; parte in illis lineis punctum æquè distans k. m. deinde ponam pedem circuli in puncto, quẽ ꝓtendam vsq; ad n. & voluã. s. versus illam partem, sup quam volo ducere lineã, deinde ponam pedẽ circulis in puncto. m. & extẽdam vsq; ad punctũ. k. & voluam simili modo, tunc illæ duæ lineæ circulares se præscindunt in puncto. n. Ducatur ergo linea recta à pũcto h. vsq; ad punctum. n. dico ꝙ illa rectè & perpendiculariter cadit. s. punctũ. h. eadem ratione, qua præcedens. Et si ducatur alia linea recta à pũcto. k. vsque ad punctũ. m. illa secatur per mediũ per lineã. m. h. & erunt ibi quatuor anguli recti. Et in puncto h. similiter fiunt duo anguli æquales. His præmissis ad euidẽtiam nunc ad propositum veniamus, ponendo ripas, prædia & alluuiones, &c.




Ad euidentiam dicendorũ pręmitto, ꝙ flumẽ designabitur p colorem azureum, & caput fluminis erit ab illa parte, à qua erat caput alicuius animalis, & versus illam partẽ fluat prędiorũ ripę p colorẽ nigrũ. illud quod est mediũ inter ꝑdia & flumẽ, intelligatur alluuio. Itẽ p alluuionẽ. Itẽ lineę rubeę factę sunt illę, q̃ verè diuidunt p alluuionem. Lineę flauę, siue croceę factę sunt causa demõstrationis vel disputationis: & si quandoq; fieret aliqua linea azurea, & in ipsa figura declarabitur ad quẽ finem fiat. Nunc ad pręsentẽ figuram veniamus: & aduertendũ est, ꝙ linea, quæ est ripa omniũ prediorum est recta omni rectitudine. Item duo prędia paria habent ɔfinia directa, adeo ꝙ linea diuidens predia directa, cadit in lineam ripę. Quod patet, quia ab vtraq; parte facit angulum rectum in istis duob. prędiis, diuisio est clara, quia protrahitur linea directò p alluuionem vsque ad flumen, vt ostẽdit linea rubea, & illa linea est directa respectu ripę, & directè ɔiungitur cum ripa diuidente prędia. Videndum est de ripa, quę est inter prędia Titij, & prędia Seij, & inter prędia Meuij. In illis est dubium. nã lineę diuidentes prędia, licèt sint directę in se, non tamen cadunt directè in illam lineam, quę est ripa, vt patet, quę ab vna perficiunt angulum acutum, ab alia obtusum. Si igitur per alluuionem ducerem lineam secundum rectitudinẽ lineę, non iret vsque ad flumen sed fungeretur in puncto à. vt ostendunt lineę zalę, & sic prędium Se j quod est maioris latitudinis iuxta ripam, haberet minus de alluuione, nec ꝓtenderetur vsque ad flumen. dicendum est ergo, quod lineæ ɔfiniũ diuidentes ɔfinia, nullatenus attendendæ sunt: quoniã in d. l. adeo. §. insula. ĩ fi. ff de acq. re. do. dicitur ꝓ nodo latitudinis, q̃ latitudo propè ripam sit. Si ergo fiet diuisio, ɔsideretur linea, quę est ripa, & ɔsideretur linea, vbi cadit linea diuidens confinia, & ibi assumatur vnum pũctum indiuisibile, vt ostendunt lineę nigrę, & ab vtraque parte illius puncti, fiant duo puncta ęquè distantia. b. c. & ponatur pes circuli in puncto. & extẽdatur ad punctum. c. & voluatur versus alluuionẽ, & postea ponatur in puncto. c. & extẽdatur ad punctum b. & simili modo versus alluuionem. Quæ duę lineę reuolutę ꝑ scindent in puncto. d. deinde ducatur linea recta à puncto. a.

vsque


vsque ad punctũ d.& ꝓtrahatur vsq; ad flumen, vt ostendit linea rubea. Dico igitur ꝙ illa rectè cedit .s. lineã q̃ est ripa, vt probatũ est s. in 3. figura, & est recta à pũcto, d. vsq; ad lineã assumptã quantum vltra ꝓtrahitur, recta erit. vt dictum est s. in prima figura, & similis diuisio est inter Seium & Mænium. vt lineæ ductæ ostendunt, &c.




Hæc figura habebat lineam ripæ vniformẽ, & cum tractetur de alluuione diuisionis, omnes rustici ꝓtrahunt lineam s̃m qđ ostendit linea canna ducta s̃m rectitudinẽ lineæ diuidentis prædia. Sed hanc diuisionẽ rusticorum nõ esse bonã, apparet: quia linea debet duci recta s̃m rectitudinem lineæ ripæ, vt ex præcedentib. liquet, & s̃m illam non est recta, quod apparet: qa linea flaua ducta versus caput fluminis, facit angulũ obtusum, versus pedem facit angulum acutum, versus angulum facit angulum obtusum, quod repugnat lineæ. quæ ducitur recta. Facienda est ergo diuisio alluuionis, prout ostendit linea rubea ducta s. lineam ripæ, quæ ab vtraque parte facit angulum rectum: & sic ipsa rectè cadit perpendiculariter, vt s. demonstratum est. Et si dicatur, ꝙ ripæ linea non est recta. Resp. immo est recta secundum se, quod considerandum est: non autem vadit secundum rectitudinem lineæ prædiorum, quæ est ab alia parte, quod aduertendum non est, &c.




Ista figura differt à præcedent. b.na pcedentes habẽt lineã rectã si vero habet duas lineas in vno puncto, q̃ faciunt triãgulũ obtusum. s. in illo pũcto, vbi sunt fines inter Lucium & Titiũ. Dico igitur, ꝙ ad diuidendũ alluuionẽ inter dicta duo p̃dia, debet duci linea, vt ostendit linea rubea, ducta vsq; ad lineã azuream. Et ꝙ linea cadat rectè, probatur: quia factis duob. punctis æquè distantibus, & duab. lineis circularib. ductis sup eis, vt ostendunt lineæ croceæ ab illo puncto vbi se intersecant, vsq; ad punctum datũ, vbi linea cadit ꝑpendiculariter, vt demonstratũ est s. in 4. figura: hoc etiã probatur ratione ꝓprietatis, vt dicet in seq. figura. Illud verò, qđ est sup lineã azureã debet diuidi, ac si ripa esset recta: vt illa linea recta azurea ostẽdit nam qđ iuris est in eo qđ p̃dio primo adiicit, idẽ est in eo quod ipsi addito adiicitur, vt ff. de acq. rer. do. l. insula. Sed si ab initio ripa habuisset illã rectitudinẽ, illo modo fuisset facta diuisio, vt s. in quinta figura, &c. hoc in seq. figura rectius & clarius demõstrabitur, &c.



Ad euidentiam istius figuræ præmitto, ꝙ flumen addit q̃nq; ita, ꝙ ripæ sunt ab vtraq; parte eius, sicut facit flumen ꝑ alluuionẽ positum: & tunc illud dimissum debet esse cõe inter eos, q sunt ab vtraq; parte ꝓpinqui, vt ff. de acq. rer do. l. adeo. §. insula. & §. ꝙ si toto. Q̃nq; illud qđ dimittiẽ, habet ripã tm̃ ab vna parte, tunc debet diuidi inter eos, q ab vna parte p̃dia possidẽt ꝑ lineã in directũ per insulã transductã, vt ff. de acq. rer. do. l. inter eos. & supra dictũ est. Et aduertendũ ꝙ licet iura q loquunẽ q̃n ripa est ab vtraq; parte fluminis, eadẽ ratio est, ꝙ si ab vno latere fluminis sunt duæ ripæ, inter quas ꝯtinet relicta alluuio. Hoc p̃misso dico ꝙ hæc figura habet duas lineas rectas. scilicet a.b. & b.c. q̃ faciũt vnũ angulũ in puncto b. Dico igitur qđ alluuio dimissa inter dictas duas lineas, habet litora ab vtraq; parte: ideo debet diuidi iure ꝓpinquitatis. illud vero qđ est vltra duas lineas qđ apparet ex se. à linea autem ducta a. vsque ad punctum. c. habet solum ripas ab vna parte: & ideo debet diuidi ꝑ directã. Ducatur ergo linea directa sup. pũctũ. b. quã apparet esse directã ex quarta figura, tũc dico, ꝙ quicquid est sup. dictã lineã versus caput fluminis, est p̃dij Lucij iure ꝓpinquitatis qđ sic ꝓbatur, Ponatur punctũ. a. in dicta linea rubea, & sup. illũ fiat circulus rubeus q ad ꝑpendiculũ tangit ripã Titij. dico qđ ille circulus æqualiter tãgit ripã Titij & Lucij: & sic illa linea est directè in medio. deinde ĩ. dictam lineã fiat punctũ b. & sup eũ voluatur circulus rubeus, q punctualiter tãgit ripã Titij, dico ꝙ ille circulus nõ tangit ripã Lucij: ergo ab illa magis distat, & eodẽ modo sup. dictã lineam rubeã fiat punctum. c. & sup eum datur alius circulus rubeus qui punctualiter tãgit ripã Titij, dico qđ nõ tangit ripã Titij. ergo ab illa magis distat, & sic ꝯcluditur, ꝙ diuisio est rectè facta. Illud verò qđ est sup. lineã croceã. a. c. dẽt diuidi, ac si tota linea eẽt q̃dam ripa recta, qđ ꝓbaẽ sic. Qđ iuris est in eo qđ primo prædio adiicit, idẽ iuris est in eo, qđ ipsi addito adiicit, vt ff. de acq. rer. do. l. insula. Sed si ab initio ripa habuisset illam rectitudinem, facta fuisset diuisio, vt dictum est sup. in quinta figura, ergo. &c.



In hac figura sunt duæ lineę rectæ. s. a.b. & b.c. q̃ in puncto b. faciũt angulũ. Verũtñ linea. a.b. est minor, quã linea. b.c, & in hoc differt à p̃ced. Dico igr̃ ducẽdã esse lineam rectã à pũcto a. vsq; ad punctũ. c. vt oñdit linea crocea, & q̃cq̃d est inf. dictas lineas ꝓculdubio hẽt ripas ab vtraq; parte. Et ideo dẽt diuidi iure ꝓximitatis, vt p3 ex p̃cedẽti: & ideo ducat linea rubea ꝑ mediũ diuidẽs à pũcto. b. vsq; ad lineã croceã in pũcto d. Illud verò qđ à linea crocea sup. hẽt ripã tm̃ ab vno latere, & ꝑ illã rectitudinẽ, q̃ oñdit linea crocea. c. a. & iõ dẽt diuidi ducẽdo lineã rectã rubeã a pũcto. b. vsq; ad lineã azureã, à pũcto. c. Istud vero, qđ est a linea azurea. d. e. dẽt diuidi ducẽdo lineã rectã sup illã azureã, sicut si ibi esset ripa & hoc ꝑ illã rõnẽ, qđ additũ addito est diuidẽdũ, sicut additum, antiquo prædio, vt dictum est in p̃cedentib. & p̃dicta vera, si proponatur quæstio sic simpliciter, per quem modum alluuio accesserit sit incertum. Si vero constaret quod primo alluuio addit certam partem, postea aliam, tunc declarabit in seq. figura, &c.



Ista figura facta est ad declarandum illud quod dictũ est in præcedẽti: si. n. poneret simpliciter totã alluuionem esse diuisam, qualiter esset facienda diuisio, apparet ex dictis in trib. præced. figuris. Sed pone, flumen primò p alluuionem diuisisse illam partẽ, q̃ ꝯtinetur intra lineã rubeã ductã p̃diũ: s. Titij & Lucij, dico primò ꝙ tota illa alluuio esset Lucij & Titij quorum prædiis adhæret, & Caius nihil habebit facere ibi. Scđa vero alluuio, diuidetur, ponẽdo alluuionẽ primã ꝓ ripa, vt sic inter ipsam, & prædium Caij & Seij, ducatur linea ꝑ mediũ secans ex doctrina data in p̃ced. Sed opponitur, qđ de alluuione prima debeatur prædiis Caij, nam inter prædia Lucij, Titij, Caij & Seij, sunt duæ lineæ quæ faciũt angulum in pũcto. d. & sic pars alluuionis habet duo latera, vt ostendit linea crocea. b. c. ergo illa debet diuidi iure propinqtatis, vt dictũ est. Sed pars illius alluuionis est magis ꝓpinqua prædio Caij, qđ patet, qa sup pũcto lineæ alluuionis primæ posito in linea rubea, secatur ꝑ lineam croceã in pũcto. d. Fiat ergo circulus, q tangit pũctualiter prædiũ Titij, tm̃ occupabit partẽ de prædio Caij, vt ostendit circulus azureus. Rñ. hoc qđ alicui accreuerat iure ꝓpinquitatis, habet locũ, q̃n illud, de quo acq̃rendo ageret neutrius fundo cohæret, vt insula q̃n vni cohæret, & alij nõ, semp illi cedit cui cohæret, nec attenditur ꝓximitas alterius, vt ff. de acq. re. do. l. insula. in prin. &c.






Figura Ista facta est, vt ostendatur, ꝙ prædia quædam possunt esse, quib. de alluuione nõ debetur vsq; ad flumen, sed ante

Alueus. Vocat alueum, qui non est modo, sed iam fuit: sic ff. de acqui. rerum do. l. insula. in fin. ff. de nego. gest. l. diuortio. in princ quod facit pro notariis, & testibus quando dicunt: talis filius Titij. cum Titius sit mortuus, eorum est iure dominij vel quasi vel alio prout sunt prædia quibus adhæret, prout dictum est in primo, qui prope ripam prædia possident. Quid sit prope ripam prædia possidere? Dic vt dictum est in præcedentibus libris aduertendum tamen est, quòd hic non dicit ab vtraque parte. licet in præcedenti dixit, quoniam ripa non potest esse insula quæ ab vtraque parte habet prædia, alueus vero derelinqui potest ab vna parte, tunc si quidem derelinquitur paulatim fit acquisitio iure alluuionis. ff. de acquiren. rerum domi. l. Martius. & s. dixi. Si verò tunc simul fit acquisitio aluei derelicti: vt hoc §. si tamen alueus totus ab vna parte relinquitur, tunc inter eos qui ab vna parte prædia possident, fit diuisio ꝓ modo latitudinis cuiusq; prædij, quę latitudo prope ripam sit vt. statim sequitur & ideo eodem modo quo s. in alluuione ostendimus. Si vero alueus ita derelinqueretur vt ab vtraque parte essent prædia, tunc inter eos, q. possident ab alio, fiet diuisio iure vicinitatis & propinquitatis, & sic per medium vt dictum est de insula. & probatur j. ibi, non potest iure vicinitatis, &c. inter eos verò qui ab vtraque parte possident fiet diuisio pro modo latitudinis, vt dictum est de alluuione. & sic eodem modo fiet diuisio diuerso tamen iure: quia ibi iure alluuionis hic iure aluei derelicti. Pro modo prędij. cuiusque latitudinis quæ latitudo prope ripam sit hæc verba satis s. proximè, & in pręcedentibus exposita sunt.

Nouus Nouus autem alueus dicitur ad differẽtiam veteris, & sic si per multos annos steterit, sic appellatur, donec nouus alius alueus superuenerit, vt ff. de vsufr. lega l. vsufr. & quod notat. fi cert. peta. l. cum quid. alias autem dicitur nouum, id est insolutum, vt C. de iud. l. rem non nouam. & ff. de vent. inspi. l. j. in aliis etiam significationibus accipitur, de quibus dixi ff. de oper. no. nun. super rubr.

1 *Incipit & desinit, adiecta facto habenti tractum successiuum quõ accipiantur.*
2 *Incipere impropriè, & large dicitur qui se præparat ad incipiendum.*
3 *Incipere propriè dicitur, qui aliquid incipit facere de eo quod est faciendum.*
4 *Incipere etiam dicitur qui multa ipsi inceptioni adiicit.*
5 *Iuramentum calumniæ si præstatur post litem contestatam dicitur præstitum in exordio litis.*

De merc.

6 *Desinere aliquid quando dicatur.*
7 *Incipit & desinit, si adiiciuntur tempori, quomodo accipiatur.*
Dies quando dicatur incipere, & quando desinere.
Annus quando dicatur incipere, & quando desinere,
8 *Incipit, & desinit, si adiiciuntur loco qualiter accipiantur.*
9 *Incipit, & desinit quando adiiciuntur essentiæ alicuius substantiæ, vel qualitatis qualiter intelligatur.*
10 *Incipit, & desinit, quando adiiciuntur potentiæ alicuius qualiter intelligantur vt quis dicatur posse.*

Eius incipit iuris esse. In hoc tex. pluries Iuriscõsultus vtitur verbo, incipit. Item vtitur hoc verbo desinit, vt infra. statim subditur. ibi desiit esse, &c. de quorum verborum significatione varias contentiones vidi inter dialecticos, ad quorum sensum si reduceretur iuris nostri sensus peruerteretur. Ideo secundum legalẽ doctrinam, quid ista verba
1 ba significent explanemus, Ad quod † sciendum est ꝙ hæc verba adiiciuntur qñq; facto quod habet tractũ, seu successionẽ quãdã infaciẽdo. Quandoq; adiiciũtur tẽpori, quãdoq; loco, qñq; essentiæ alicuius rei, quandoq; potẽtiæ. De quolibet videamus. Primò
2 adiicitur facto & tũc trib. modis accipitur. Primò largè † & impropriè, vt dicatur incipere ille, q se præparat ad incipiendũ vt in casu spãli. ff. de polli. l. j. §. cępisse. ibi, si apparatũ siue impensam in publico posuit. aliàs aũt dicta præparamenta nõ dicitur qs incipere. l. si pecuniam. in vers. nã si ita res. ff. de condi. cã da. & de ꝓcur. l. si de-
3 functus. † Secundo accipitur proprie eo ipso quod incipit aliquid facere de eo, qđ est faciẽdum, vt si fundamenta facit & similia vt in aliis exẽplis positis in d. §. cœpisse. & de ope. no. nun. l. de pupillo. §. nuntiationem. ibi inchoet, &c. & d. l. si pecuniam. Et hoc modo dicimus ꝙ lit. contesta. incipit iudicium, quia tunc incipit tractare
4 de his quæ sunt de substantia causæ. † Tertio modo dicitur quis incipere non solum in ipso actu quo incipit, sed etiam in multis, q̃ sunt posita ꝓpinquius ipsi inceptioni. vñ istud verbũ incipit. non solum verificatur in primo lapide, qui ponitur, sed ẽt multa quæ postea fiunt dicuntur esse de inceptione, vt de oper. no nunc. in l. stipulatio. §. opus. sic ẽt iuramẽtum calũniæ qđ præstatur post li-
5 tem ꝯtest. sic † postquam lis incipit. dr̃ fieri in exordio litis vt C. de iuramen. calũ. l. ij. §. sed prædictum. Itaq; eodem modo in verbo. de-
6 sinit. Primò dicimus † desinere qui ad hoc tendit, vt desinat, arg. de excusa. tut. l. nõ tantum. & de dam. infect. l. damni. §. Sabinus. Item desinere dr̃ res quæ non perfectè desinit sed incipit desinere, vt de
7 cõtrah. emp. l. domum. † Secundò dixi ꝙ hæc verba qñq; adiiciuntur tẽpori, & tunc similiter tres significationes habẽt, exẽplum in die artificiali. dicimus enim ꝙ incipit mane desinit seu finit sero, vt ff. de fer. l. more. & ibi no. in auth. de iud. §. sedebunt. Dico ergo ꝙ mane intelligitur ante ortum solis cũ iam cœlum incipit albescere, vt ff. de libe. & posth l. Titius. §. j. & tunc dicemus dies incipit, sed tunc nõ est dies sed statim erit: hæc tamen non est propria locutio. Secundo modo dr̃ mane in ipso puncto, quo sol oritur, & tunc verè dr̃ incipit. dies cùm Sol est supra terram dies est, vt ff. de ver. sig. l. hęc verba, ille aut ille. Tertiò p aliquale spaciũ post ortũ Solis ad huc dicimus dies incipit, & ita loqmur licet nõ sit propria locutio tñ hoc scire necesse est ꝓpter dicta testiũ & ꝓpter multa. Eodem modo desinit. s. cũ est ꝓpè occasum, & cũ verè occidit, & aliquo spatio post. Facit ad prędicta quæ dixi ff. de pœn. l. aut facta.
a §. tẽpus Eodẽ modo in anno incipit, a & desinit habet tres significationes, sed in aliquo differunt, nã in tẽpore, antequam verè incipiat & in ipsa inceptione. Idem est in die & in anno. sed in eo qđ sequitur, postquã incipit, differunt in tẽpore. Nã cũ annus & mẽsis sit longius tempus, longiori spatio durat illud tempus quo dicimus, incipit rectè per vnã diem & forte per plures dicimus, mẽsis incipit, vel annus incipit, arg. ff. de fur. l. fur est manifestus. & qđ ibi dixi, & statim dicã de verbo desinit. Similiter contingit in verbo, desinit, nam primum tempus quo incipit desinere, & cum dr̃ desinit, est longius in anno, q̃ in die. Nam aliquando tota vltima die dicitur desinit vt ff. de testa. l. qua ætate. in aliis duob. idem est in anno & die, & sicut annus, & dies in verbo incipit concordat in primo, in tertio discordat, sed in verbo desinit, discordat in pri-
8 mo, & concordat in duobus vltimis. ¶ † Tertio dixi, ꝙ hæc verba quandoque adiiciuntur loco, & tunc verbum, incipit, habet duas significationes. Prima est propria in illo puncto, in quo incipit, vt patet in principiis cuiuslibet libri, vt rubr. dicit, incipit liber primus, vel secundus. Secundo postquam incipit, per aliquod spatium adhuc dicimus incipit, vt s̃. dictum est. & de his quæ consistunt in facto, & patent ex vsu communi. Rectè enim dicimus territorium illius ciuitatis incipit in tali castro vel villa, longum spatium occupat, & rectè dicimus talis prouincia incipit in tali ciuitate, ante vero quàm perueniatur ad illud punctum in quo incipit, verè in illo loco non vtimur verbo, incipit. De verbo vero desinit, dico quod duobus modis accipitur, sed econuerso ad præcedentes. Nam antequam perueniatur ad vltimum punctum, in quo desinit per aliquod spatium dicimus, desinit. Item in illo puncto in quo desinit. Post verò illud punctum non vtimur verbo, desinit, in præsenti, sed desinit in præterito &
9 hoc per se satis patet. Quartò dixi † ꝙ hæc verba quandoque adiiciuntur essentiæ alicuius rei, siue illa res sit substantia, siue qualitas, & tunc propriè incipit esse cum ex ꝯsummatione recipit formam, vt ff. ad legem Falcidiam. l. si is qui quadringenta. §. quædam. & proprie desinit illo instanti quo perdit formam, vt hic in tex. patet ibi desiit esse amissa forma. apparet hoc in qualitate. Dicimus enim ꝙ res incipit esse eius iuris cuius est flumen, & sic illius qualitatis, quæ ꝯstituunt, & ꝯstituta desinunt modis, & ex his ꝯtingit quòd aliquando aliquid eodem instanti incipit & desinit, vt C. de posth. hær. instituen. l. pen. ff. de nouatio. l. quoties. de solutio. l. sub conditione. & prædicta procedunt propriè loquendo. Impropriè verò dicitur, incipit, & desinit, hic, sicut s̃. diximus quando additur facto. Quandoque enim dicitur aliquid esse seu durare esse factum cum successione, & isto modo desinere non potest dici, nisi illud quod fuit, vt ff. de ꝯd. & dem. l. Titio vsusfructus in prin. licet improprie ponatur, vt in l. iij. §. desinere. ff. quib. mod. vsusfructus
10 amit. ¶ † Quinto dixit quod hæc verba incipit & desinit, adiiciuntur potentia, vt aliquis incipit posse, vt aliquis desinit posse, & tunc dicta verba vnam significationem tantum habent: tunc enim dicimus quod quis incipit posse quando omnia concurrunt quæ requiruntur vt quis possit, vt ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. j. de verb. sig. l. nepos Proculo. & tunc quis desinit posse quando desinit omnis spes potentiæ, ꝙ quandoque est ad vltimum vitæ spiritum, quandoque desinit ab aliquo spatio ante, vt ff. de hæred. instituen. l. suus quoque. §. penult. in fi. & ibi de hoc plenè dixi. & de conditio. institu. l. fin. Et prædicta vera, quando dicta verba, incipit, & desinit, ponuntur in tempore præsenti. Si vero ponuntur in præterito, tunc haberent significationem certam.

ADDITIO.

a Tho, D. ¶ In anno incipit. Vide & adde eundem Bart. in l. fur est manifestus. ff. de fur. & in l. 3. C. de tempo. appella. & Ang. & Bal. in l. j. in prin. ff. de orig. iur. & in rub. ff. de rerum diuisio. in versic. Secundo quæro quando dicatur principium. & Alex. in cons. ix. in 7. vol. incip. attentis verbis. in princ.

Cuius & ipsum flumen. Nota mirabile. Nam quicquid aliàs superimponitur, cedit solo. hic vero solum cedit aquæ cui superimponitur, &
a est speciale in flumine & mari, a & in cæteris aquis quas in primo libro dicimus habere ius alluuionis.

ADDITIO.

a Tho, D. ¶ Et Mari. Facit text. in l. riparum quoque vsus in mari, cum princip. l. sequent. ff. de rer. diuis. Et rationem assignant Ioan. Fab. & Ang. de Aret. in §. cum in suo. instit. de rer. diuis. & in l. in tantum. ff. de rer. diuis. & vide Io. de Imol. Alex. & Ias. in l. j. §. nunc videamus. ff. de operis noui nunciatio.

Id est. Hæc est coniunctio expositiua, sunt aliæ, scilicet, videlicet. v. g. hoc est, vt variis legibus reperitur.

Publici iuris gentium. Omnes enim gentes isto iure vtũtur vt alia loca sint publica. Et puto talia loca esse in dominio eius qui ibi tenet Imperium, quod patet per leges quæ soli principi permittunt disponere super his, vt l. ꝯtinuus. §. cum quis ff. de verb. obl. & de ꝯtrah. emp. l. sed Celsus. in prin. & ff. de flum. l. quominus, &c.

1 *Perempta propria forma rei res perit, & esse desinit.*
Propria forma rei, quæ sit.
2 *Plus & minus non faciunt rem differre specie.*
3 *Forma rei substantialis qualiter cognoscatur.*
4 *Forma rei substantialis rerum inanimatarum est id, per quod ipsa consistit, & vnde denominationem nominis appellatiui accipit.*
5 *Res innominatæ tunc perdunt eorum substantialem formam, quando illa communia accidentia, ex quibus sic denominantur, perduntur.*
6 *Res vna & eadem, & diuersimode secundum diuersas cõsiderationes accipitur.*
7 *Acetum licet in eadẽ substantia sit vt vinum, tamẽ non venit appellatione vini.*
8 *Forma substantialis rerum animatarum anima vegetatiua, est ipsa anima vegetatiua.*
9 *Arbor proprie quæ sit & quæ dicatur, secundum Iuristas.*
10 *Herba dicitur quæ terræ cõtinetur, & separata à terra non dicitur ꝓpriè herba.*
11 *Anima sensitiua est forma substantialis rerum animatarum anima sensitiua.*
12 *Anima intellectiua est forma substantialis rerum corporalium, & intelligentium, vt homo.*
Homo, anima separata, non est homo sed cadauer.
13 *Anima rationalis non præsumitur esse in monstro nato ex muliere non habente formam exteriorem hominis: secus, si communi aspectu videtur homo.*
14 *Hominem non esse liberum non est de forma substantiali, sed accidentali.*
Homo est animal ciuile, politicum.
15 *Hominum duæ sunt species, s. liberi vel serui, considerando in esse naturali.*
16 *Seruus factus liber, vel econtra, videtur alius homo, & non tenetur ex ante gestis.*
17 *Forma substantialis hominis politici, est esse liberum.*
18 *Hominum species secundum ius ciuile sunt duæ, quia alij sui iuris, alij alieni.*
19 *Forma substantialis in rebus artificialibus est quædam aptitudo quàm habent*

bent ad illum fine ta, ad quem per artificem facta sunt.

20 *Forma substantialis rerum incorporalium, quæ secundum iuris dispositionem sunt indiuidua, est natura ipsius rei.*

Actionis natura dicitur figura ipsius.

Noua actio dicitur, cum aliquid additur, vel detrahitur naturæ actionis.

21 *Seruituti si aliquid detrahitur, non valet detractio, si additur non est seruitus.*

22 *Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat positum in interrogatione.*

23 *Obligationi de his quæ ipsam respiciunt, nihil potest addi, vel detrahi.*

Obligationi si additur vel detrahitur, quantum ad exceptionem obligatio non mutatur, nec læditur.

Obligationi respectu rerum quæ sunt in obligatione, & ipsis rebus diuisionem recipientibus potest addi vel minui, & isto respectu dicitur obligatio pro parte perimi.

24 *Iurisdictio in se non recipit augmentum, nec diminutionem, & ipsa non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materiæ.*

Quod si. Supra dixi quãdo dimittit̃ alueus antiquus Hic incipit secunda pars quãdo dimittitur alueus nouus. Et diuiditur hęc pars in tres. Prima loquitur quando tempore occupationis noui aluei nullius ager totus fuit occupatus. Secunda quando alicuius ager totus fuit occupatus, qd si de rigore iuris declaratur. Tertia, quid si de æquitate.

Post tempus aliquod. Hic per dictionem, post tẽpus, neutrum significatur, quod qualiter procedat, dixi in præcedenti lib.

Ad priorem alueum. Facti communiter accidentis euentũ ponit, tamen idẽ videtur si per alium locum fluere cœperit separatum ab antiquo, & nouo alueo.

Reuersum. Id est retro seu iterum versum, vt ff. de lega. 2. l. cum qdam. & de ver. sig. l. verbum reddedi. Cætera verba, quæ sequuntur exposita sunt in præcedentibus.

Si cuius. Id est alicuius.

Stricta ratione Strictam rationem vocat illam quã s. ponit ibi, quia ille ager, &c. quam rationem sic forma. Acqsitio aluei dimissi fit occasione vicinitatis, sed ei qui nullũ prædium habet nihil põt deberi rõne vicinitatis, ergo &c. Quòd aũt nullum prædium habeat probatur quia desinit esse
1 amissa ꝓpria forma. Ex quo nota, † ꝙ perempta forma rei desinit esse res. Simile ff. de sta. ho. l. non sunt liberi. ad exhi. l. iulianus rem. §. sed & si quis. Nota, ꝙ quando forma est perempta, perit res, sed solum cum perit propria forma rei. Quæ igitur sit ista ꝓpria forma videamus. Vnde sciẽdũ est, ꝙ quædam est forma substantialis alia accidẽtalis. De accidentali nõ põt intelligi hic, quia licèt vna res mutet sua accidentia: qa heri alb⁹ hodie niger: heri iuuenis hodie senex: heri paruus hodie magnus. per hoc nõ desinit esse idẽ, vt ff. de iudi. l. proponebatur. & de vent. in spi. l. j. §. de inspiciẽdo. &
2 iõ † dicimus ꝙ plus & minus, nõ faciunt differre res specie vt ff. de fun. dot. l. fi. oporteret ergo ꝙ hoc intelligatur de propria for-
3 ma. s. substantiali. De ista igitur † videamus qualiter cognoscatur. Ad quod dicendum, ꝙ rerum quædam sunt corporales, quædam incorporales. Item corporales aliæ naturales, aliæ artificiales. Item naturales possunt considerari secundũ esse naturale, & secũdum est mentale. Videamus ergo primo de reb. naturalib. corporalib. Et istarum quædam sunt inanimatæ quædam animatæ. Animatæ quædam sunt animatæ anima vegetatiua, quædam animatæ ani-
4 ma sensitiua, quædam animatæ anima rationali. † Rerum inanimatarum substãtialis forma est id, per quod ipsa consistit & vnde denominationem accipit, loquor de denominatione nominis appellatiui. Forma autem substantialis in qualibet re inuisibilis est secundum Philosophos. Exemplum in homine, in quo substantialis forma est anima, vt in clemen. de summa tri. c. j. anima tamẽ videri non potest, sic nec forma substantialis ligni vel lapidis, vel cuiuslibet rei. sed per formas accidentales, quas vidimus iudicamus de forma substantia, quia homo habet corpus sic organizatum, ideo dicimus ꝙ est homo, & si nõ haberet illam formam, diceremus, ꝙ non est homo. vt l. non sunt liberi. de sta. ho. ita de rebus inanimatis in quibus cognoscimus terram, quia habet accidentia terræ exteriora: si illa accidentia perderet vt quia de terra fieret lapis coctus, tunc amissa propria forma desinit esse terra, & transit in aliam speciem, & perdit primum nomen appellatiuum, & assumit aliud. Sic econuerso, si glans, vel aliud pomum in terra corrumpitur, perdit nomen glandis vel pomi, & assumit nomen terræ, vt ff. de glande legenda. l. vnica. sic si vinum vel mel commisceantur, quodlibet perdit sua accidentia exteriora, & transit in aliam speciem & vocatur mulsum, vt l. adeo. §. cum quis. de
5 acquir. rerum domi. † Concludo ergo, ꝙ in istis inanimatis tunc perditur substantiale, quãdo perdũtur illa cõmunia accidẽtia, ex quib. res sic nominatur, & sæpè apparet qñ res perdit nomen appellatiuum, & trãsit in aliud nomen appellatiuum, alterius speciei & hoc sic apud Iuristas dicitur, qd sic cõiter accidit, vt patet ex p̃dictis, & est expressũ ff. de aur. & arg. lega. l. Seia. §. fin. & ideo dicit lex, ꝙ noĩa appellatiua sunt immutabilia, stãte s. idẽtitate. ff. de le. j.
6 l. si qs in fundi vocabulo. Sciendũ † est ẽt circa p̃dicta, ꝙ vna & eadẽ res ſm diuersas considerationes diuersimode accipit̃, vt ecce, In agris põt cõsiderari respectu materiæ, qa terra est, & tunc ibi si flumẽ faciat alueum non desinit esse terra, & sic terra remanet in suo genere. Põt ẽt considerari prout est terra apta, vt p eam possit agi hoc ẽ animalia duci, & laborari, à quo ager recipit propriam denominationẽ. vt dictũ est in principio huius lib. Et isto mõ p̃dit ꝓpriã formã. Ita loquit̃ hic text. nõ. n. ipsam materiã primã debemus inspicere, sed illã qualitatẽ à qua denominationẽ recipit, & sub illa denominatione apud nos sic appellatur. sic simile in vino,
7 † si. n. fiat acetũ, adhuc eadẽ substantia est ſm cõsiderationem materiæ, vt ff. de ꝯh. emp. l. in venditione. ſm autẽ ꝯsideratiõnẽ ꝓpriã non est vinum, sed alia species est, & vini appellatione nõ ꝯtinet̃, vt ff. de vino, tritico & oleo legato. l. si qs vinũ. §. 1. & §. si qs acetũ.
8 & §. item si qs vinũ. Scdõ videndũ est † de rebus animatis anima vegetatiua, vt plantæ. & istarum oĩum forma substantialis est anima vegetatiua, licèt ẽt ipse in se habeant speciem vt arbor, & her
9 ba. † Arbor quidem dr̃ tunc ꝓpriè, cum radices ita in terram egit, vt terræ alimento vegetetur, & si eius materia dura est, & non tenera tunc arboris appellatione cõtinetur, vt ff. arb. fur. cæsa. l. 3. §. j. & l. 4. & ideo si qd istorum deficeret. s. qd desineret à terra vegetari, vel qd fiat ita tener, sicut herba, ẽt si non hęret formã substantialem, non est arbor, vt dictis legibus. & hoc strictè loquendo. verumtñ quia apud Iuristas hoc esset difficilis inuestigationis suadẽte æquitate statutũ est, vt arbor intelligatur, illa q̃ stirpitus euulsa est & in aliã terram translata, licèt nondum cũ terra cõprehensa. Itẽ ꝙ dicatur arbor, ẽt illa cuius radices mortuæ sunt, quamuis terra contineatur, & hoc ẽt casu ꝓpriè dr̃ arbor, cum aĩa vegetatiua sit priuata, tex. in d. l. 3. §. 2. arbor. fur. cæsa. Illud verò qd à terra succisum est, & sic animam vegetatiuam, q̃ est eius substantialis formã p̃didit, non est arbor, sed vel est lignum si causa comburendi paratũ ẽ, vel vocatur materia, si parata est ad aliquod ædificium, vt
10 ff. de le. 3. l. ligni. Eodẽ mõ vr̃ dđm, ꝙ † herba dicatur, qñ terra cõtinet̃. Postquam verò separata est propriè desinit esse herba, & cadit in speciem rerum naturalium, quæ aĩa carent, licet apud quosdam nomen non mutet, sed adiectionem recipit, qd primo dicebatur herba simplr̃ nunc dicetur herba sicca, vel herba siccata, vt ff. de ver. sign. l. silua. §. 1. & l. pratum. C. de pascuis publicis. per totum.
11 lib. 11. † Tertiò videndum est de rebus animatis anima sensitiua, vt sunt animalia, & istorum forma substantialis est ipsa anima sensitiua & cũ ipsam perdiderit desinit esse illud, & vocatur cadauer, vt ff. de leg. 3. l. mortuo boue. in princip. de condictione furtiua. l. si seruus. §. boue. Verum quia istorum habentium animam sensitiuã diuersæ sunt spẽs, vt equus, bos & similia, si qd nascat̃, qd ñ habeat figurã exteriorẽ dicti animalis dicamus nõ esse illud animal, qa ex hoc, ꝙ nõ hẽt figurã, dicimus nõ habere formã substãtialẽ
12 vt in hoĩe. de statu homi. l. non sunt liberi. † Quartò videndum est de rebus corporalibus animatis aĩa intellectiua, vt hõ. In his dico, ꝙ forma substantialis est ipsa aĩa, vt in c. j. de summa Trinitate. in clementi. & ea separata desinit esse hõ, & cadauer vocat̃, vt ff. de
13 cada. punito. per totũ. Itẽ dico ꝙ † si qd est qd nõ habeat formam exteriorẽ hominis. vt qa ex muliere nascat̃ monstrũ aliquod, qd in cõi aspectu nõ dr̃ hõ, ius p̃sumit ꝙ ibi non sit anima rõnalis, & sic deficere præsumit formã substantialem, & iudicat ꝙ illud non sit hõ d. l. non sunt liberi. de stat. homi. & de verb. sig. quæret aliquis. Sed si aspectu cõi vr̃ hõ, licet ibi esset aliquid à natura auctũ vel deminutum, ius præsumit ꝙ ibi sit forma substantialis. s. ani-
14 ma. & sic sit hõ, d. l. non sunt liberi. Quod † ergo ibi dicitur non sunt liberi, quia ꝯtra formã, & eꝯ intelligitur de forma, hoc est figura q est quædã forma accidentalis, q̃ non dat, nec tollit esse rei, vt dictum est, sed pro tanto dr̃ non sunt liberi, qa est defectualis figuræ, lex præsumit qd deficiat forma substãtialis, q̃ est inuisibilis, sicut etiã dictum est in cæteris reb. & hoc prout hõ ꝯsiderat̃ in esse nãli, Sed qa est hõ animal ciuile politicũ in esse ciuili & politico, & habet aliquas dr̃ias q̃ inducunt dr̃iam specificã, & ea existente, vel deficiente vr̃ alia res esse hoc autẽ esse politicum, vel consideratur, ſm ius gẽriũ, prout cõmune est omnib. gentib. vel ſm ius ci
15 uile, qd ꝓprium est ciuiũ Romanorũ. † Primo modo sunt hominum duæ species, quia alij liberi, alij serui. vt ff. de statu hominum. l. 3. liberi dicuntur esse, serui verò secundum esse ciuile & politicum dñr non esse, quia seruitus morti assimilatur, vt l. seruitutem.
16 ff. de reg. iur. & l. qd attinet. ff. eodem. Videndum est autem † quid de seruo facto libero, vel de libero facto seruo, videt̃ alius homo, vt l. si seruus. §. j. de adiment. legat. & si est factus liber non tenetur ex ante gesto, quia nouus homo est secundum istam considera-
17 tionem, vt C. an ser. ex suo fac. per totum Forma † ergo substantialis hominis politici secundum hanc consideratiõnẽ est esse hominem liberum, deficiẽte libertate, desinit homo esse politicus, & sic de eo & sup eo contrahitur, sicut de animalibus brutis. Aliquẽ verò esse liberum non inducit differentiam specificã inter homines

nés, q̃a liber est, sed magis est dñia accidentalis: vt no. ff. de iu. & iur.
18 l. manumissiones. † Si verò consideratur secũdo modo. s. secũdum ius ciuile proprium Romanorũ, tunc alia est diuisio, quia quidam sunt sui iuris, quidam alieni, vt liberi qui sunt in aliena potestate, vt ff. de his qui sunt sui vel al. iur. l. 3. & tantum in hoc inducunt differentiam specificam, ꝙ olim filiusfa. si efficiebatur sui iuris, videbatur alius homo, quia mutabatur forma substantialis secundum illud esse ciuile, & per consequens non tenebatur illis obligationibus, quib. erat primò obligatus, cùm sit alius homo, licet per prætorem restituantur ꝯ eum actiones, vt ff. de cap. demi. l. 2. §. ait prætor. & ibi not. in gl. in ver. iudicium dabo. Ex prædictis apparet rõ quæ mouit Iuristas ad dicendum ꝙ manumissione, & adoptione, sicut qs in natiuitate naturali efficitur ciuis, ita ista natiuitate ciuili. vr̃ enim nasci nouus homo. Aliæ verò qualitates hominum, vt quidam nigri, quidam albi, quidam nobiles, quidam plebei, quidam furiosi, quidam sanæ mentis & sim̃ia, non inducunt dñiam specificam, vt no. Inst. de iure perso. in §. vlt. in gl. pe. & fi. & sic propter illam qualitatem esse & non esse, vr̃ alius homo sed quo ad multa
19 varios effectus habet. † Quinto videndum est de rebus artificialibus. Circa quę dico, quod istæ assumunt formam substantialem ex quadam aptitudine, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem factæ sunt domus, tũc. n. dr̃ domus cum habet debitas partes compositas, & est apta ad habitandum, vt ff. ad l. Falc. l. si is qui quadraginta. §. quædam. & ideo ea deposita si quidem aliqua res permanet apta ad illum vsum, adhuc retinet essentiam domus, vt ff. de vsufr. l. si cui insulæ. & ff. de ꝯhen. empt. l. domũ. secus si in totum esset deposita, d. l. domum, & quibus modis vsusfru. amit. l. repeti. §. fi. Item in scypho vel alio vase facto ad finẽ bibendi, vel comedendi, donec retinet illam aptitudinem, scyphus vocatur: cum verò ita fuerit conflatum, & ad illum vsum esse non possit, dicitur perdere formam substantialem, & desinit esse scyphus: vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. sed & si quis. & probatur expresse ff. de aur. & arg. le. l. Quintus Mutius. ij §. cui aurum. Maior capacitas, vel minor nõ mutat formam substãtialem rei, nec eius substantiam: vt ff. de fun. instr. l. fi. nisi fortè ex capacitate certæ quantitatis assumeret denominationem: vt contingit in mensuris publicis. C. de suscep. & arc. l. modios. lib. x. dico ꝙ falsus modius modium facit, vt no. ff. de do
20 lo. l. arbitrio. §. de eo. Sextò videndum † est de reb. incorporalibus, vt sunt iura, seruitutes, actiones, obligationes & similia. Dico ꝙ q̃dam sunt iura secundum iuris dispositionem indiuidua, & tunc ipsorum forma substãtialis est ipsius rei natura. Et ideo natura actionis dicitur ipsius figura, vt C. de rei vxor. act. l. vnica. §. cum autem. & hoc etiam patet, quia si naturæ actionis aliquid addatur tũc dicitur noua actio l. vnica. §. cum autem. C. de rei vx. act. Vbicunque autem reperitur aliter, est impropria locutio, vt patet cum iura senatusc. sicut regula ista attribuuntur Trebelliano, vt Inst. de fideic. hæ. §. sed quia. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. adeo. Sed quia consistit in indiuisibili, adeo ꝙ in ea nõ potest aliquid addi nec detrahi q̃n corrumpatur & trãseat in aliam speciem, vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. statim vbi aliquid detrahitur vel additur iuri naturali, vel gẽ
21 tium, efficitur ius ciuile. Hoc patet † in seruitutibus, in quib. si aliquid detrahitur, nõ valet detractio, vel transit in aliam speciem: vt ff. de acceptil. l. & per iusiurandum. §. j. & §. seq. Item nil potest addi. & si addatur, erit non seruitus. ff. de aq. plu. arc. l. si prius. in pr. & q̃d
22 ibi no. Et hoc † patet in stipulationib. ff. de ver. ob. l. j. §. si quis simpliciter, & §. seq. vbi si responsioni aliquid additur, vel diminuitur de eo, quod erat positum in interrogatione, vitiatur stipulatio. vt dicit tex. ꝙ alia res est. & ista sunt vtilia ad multa. vt ibi dixi. Sed hic obiicitur ꝙ obligatio potest tolli pro parte, solutiõe, acceptilatione & similib. vt l. stipulationes. §. 2. de ver. obl. Potest etiam tolli in modo contrahendi, & huic nil potest addi vel detrahi. Et ideo dicunt iura quòd certi sunt modi. l. obligationum fere. §. placet de a-
23 ctionibus & obligationibus. Primò potest † considerari ipsa obligatio prout contracta est, & idem, quia de his quæ ipsam obligationem respiciunt, nil potest addi vel detrahi, & ideo nec cõditio, nec tempus, nec locus adiicitur, vt ff. de leg. j. l. nemo potest. & d. l. obligationum fere. §. placet. & ideo dictum est s̃. quòd variatio in conditione, vel tempore facit esse aliam rem. sed ipsæ adiectiones apponuntur quantum ad exceptionem, per quam ipso iure obligatio non læditur nec mutatur, vt dictis legib. Secundo potest cõsiderari obligatio respectu rerum quæ sunt in obligatione, & tunc ipsis rebus potest addi vel detrahi, & illo respectu dicitur obligatio pro parte perimi in his quæ diuisionem recipiunt. Item prædi-
24 ctis † obiicitur iurisdictio, quę res indiuidua est, & tamen dicimus ꝙ multis modis iurisdictio prorogatur. Respondeo ipsa iurisdictio non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materię: quia in plures personas, vel in plures res extenditur, ipsa tamen in se nõ recipit augmentum vel diminutionem. Exemplum. Vna scientia dicitur crescere quando à pluribus scitur, tamen in veritate ipsa in se non crescit hæc non prosequor licet vtilia & necessaria sint

1 *Ager inundatus à flumine si flumen postea recessit, quando primo domino restituatur.*

Sed vix est vti obtineat. Id est nullo modo id obtinens. Sed contra istud est institutio. de rerum diuisi. §. alia sanè causa. Sol. illud verum, de rigore, hoc de æquitate secundum Azon. & benè cum determinatione, quam j̃. dicam. Dantur in glo. aliæ solutiones quæ etiam
1 sunt bonæ in casu suo. † Ideo pro ipsarum declaratione distinguamus. Aut flumen recessit cum impetu, & restituatur primo domino, vt j̃. proximè. & ita loquitur hic tertia solutio glo. §. j. in verb. sed vix. Ratio, quia magis videtur fuisse inundatio, quàm alueus. aut non recessit cũ impetu, & tunc aut apparet forma primi agri, & domino primo restituitur, vt hic in 2. glo. Ratio, quia non desinit esse ager, sed remanet forma. Aut forma non apparet, & tunc aut loquimur de rigore, & non restituitur primo domino, vt in præcedenti rubrica, & Instit. de rerum diuisio. §. alia. Aut de æquitate, & tunc restituitur primo domino, secundum Azon. vt hic, quod intelligo nisi flumen fecerit ibi alueum per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes. Sic enim quilibet præscripsisset, ergo flumen cum habeat titulum de iuregentium, arg. ff. de capt. l. in bello. §. si quis seruum. Item quod dicit in toto fundo, idem in parte fundi eadem ratione. Item sicut recuperat fundum, seu partem eius, ita videtur per eandem rationem æquitatis ꝙ habeat ius acquisitionis aluei dimissi, vel eius quod adderetur ꝑ alluuionem, & ista est mẽs istius literæ si benè inspiciatur,

Aliud sanè. Tertia pars, quæ loquitur de inundatione fundi.

1 *Species pro figura sumitur.*
2 *Inundatione licet perdatur possessio, tamen dominium non mutatur.*
3 *Præscriptio nũquam põt perfici in possessionibus existentibus iuxta flumina.*

1 Speciem. Id est formam, vel speciem, id est figuram, vel speciem propriè. † hoc non facit transire in aliam speciem.

Non mutat. Magis. n. est tegere, seu cooperire ad tẽpus, q̃ innũdare. facit ff. de acqui. rer. domi. l. ergo. §. alluuio. de flu. l. j. §. si fossa. Sed contra de acqui. poss. l. 3. §. La-
2 beo. Sol. † per innũdationem non mutatur dominium vt hic, sed
3 perditur possessio, vt ibi, quia illo instãti non põt possideri, quod nota pro † possessionib. quæ sunt prope flumina, in quib. nũquã,
4 potest perfici præscriptio a propter interruptionẽ. Item contra ff.
a quib. mo. vsusf. amit. l. si ager. Sol. Potest dici, ꝙ donec aqua iacet dominium perditur, sed aqua recedẽte, restituitur, vt ibi. & q̃d hic dicit nõ mutat, expone. i. mutare nõ videtur, recedente aqua. Vel verius dic, ꝙ in l. ꝯria ponũtur duo casus. Primus q̃n flumen fecit alueum & sic ꝯcordat cũ præcedẽti. Scd̃s q̃n nõ fecit alueũ. & q̃d ibi dicit nõ reuertitur, dicit quatenus de facto exiuit, vt ibi no. per gl. Item cõtra ff. quib. mo. vsusf. amit. l. cũ vsusfructus. in prin. Sol. vt dicit hic gl. in ver. speciem. in fi. Deo gratias.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Præscriptio. Vide Alex. in consi. 177. in 6. vol. incip. in causa, & lite vertente.

TRACTATVS. DE IVRISDICTIONE. [a]

editus per Do. Bar. à Saxofer.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Tract. de iurisdictione. Adde ꝙ inuenitur alius trac. de officio iud. & in quibus casibus habet locum officium iud. incip. Quoniam quotidiana magis sciri debent. & ille trac. attribuit Bar. & est in meo lib. consi. 13. & char. 77. tamen credo ꝙ nec iste trac. nec ille est Bar. quia stylus non est ipsius. Vt de materia iurisdictionis quando sunt duo fratres habentes iurisdictionem, & merum Imperium, & vnus delinquit, possit alius punire fratrem, vide Alex. de Imo. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de legat. 1. & ibi multa ponit.

1 *Factum á iudice, quòd ad eius iurisdictionem nõ ꝑtinet, vel nõ spectat ad eius officium, non est ratum habendum.*
2 *Sententia, confessio, processus, & præceptum facti corã iudice non suo, sunt nulli, nisi in causa reconuentionis, & quando iurisdictio ordinarij sit prorogata.*
Iurisdictio delegati non prorogatur.
3 *Qui prorogatur iurisdictionem iudicis ordinarij potest pœnitere vsque ad litem contestatam, licet teneatur ad interesse si conuenerit.*
4 *Sententia lata in ducentis à iudice, qui vltra centum iudicare non poterat licèt non valeat in ducentis, valet tamen in centum.*
5 *Vtile ab inutili in contractibus in quantitate separatur.*
6 *Rei vendicatio mandetur pro iurisdictione.*
7 *Officium iudicis datur habenti ius in aliqua dignitate, & est actio confessoria.*
8 *Laicus, qui delictum commisit, & postea effectus est clericus à quo iudice puniatur.*
Fraus ex quibus præsumatur.
9 *Incola delinquens in loco, & transferens se ad alium locum, inquisitus, & positus in bannum à iudice delicti, poterit inquiri, & condemnari*

demnari à iudice domicilij pro dicto delicto.
10 *Fur qui furtum commisit Mutinæ postmodum aliud Parmæ, & deprehensus per Potestatem Parmæ, potest per ipsum tanquàm famosus suspendi, si non fuit aliter pro primo punitus.*
11 *Consuetudo in criminalibus inducitur per binum actum.*
12 *Iudex ex pluribus habentib. eandem cognitionem in criminalibus, præfertur alijs in procedendo, qui præuenit in citando.*
13 *Iudices duo si concurrant in citando delinquentem, & non apparet quis primò, quis secundò citauerit, debent conuenire vt vnus eorum procedat, & pœna per medium diuidatur, aliàs per superiorem ad concordiam compellatur.*
14 *Delicto commisso in confinio duarum ciuitatum, vterque rector ratione dubij procedit.*
15 *Mandans homicidium fieri, an secuto homicidio in loco mandati delicti possit per iudicem loci, in quo mandatum fuit factum, & delictum sequutum puniri.*
Argumentum de contractibus ad delicta procedit.
16 *Remissio in criminalibus de vrbanitate, non de necessitate fieri dicitur.*
17 *Iurisdictio delegati qualiter finiatur morte delegantis.*
18 *Iurisdictio delegati Papæ, Papa mortuo, non expirat.*
19 *Iurisdictio vicarij episcopi, etiam re integra, non expirat morte episcopi.*
20 *Officium executoris gratiæ apostolicæ non expirat, etiam re integra morte concedentis.*
21 *Procurator quando censeatur reuocatus morte constituentis.*
22 *Iurisdictio delegati an expiret morte ipsius delegati.*
23 *Delegatio si est facta pluribus iudicibus sine clausula, quod si non omnes, & aliquis eorum præueniat, ille erit potior.*
24 *Clausula, quòd si non omnes, vel quod conditio occupantis non sit melior, apposita in delegatiõe, operatur, quòd si vnus incipiat, collega nõ excludat.*
25 *Electio si est facta de pluribus ad aliquod officium, vno eorum absente, vel recusante exercitium totius iurisdictionis interim pertinet ad collegam.*
26 *Assessor præsidis non habet iurisdictionem in sententiando, licèt consuetudo contrarium obseruet.*
27 *Præses si remoueatur ante tempus, dicitur culpa assessorum.*
28 *Præsidentium vnus ciuitatis si fuit cum exercitu extra territorium ciuitatis, ibi non habet iurisdictionem, nisi fiat reformatio, vt facta in exercitu valeant.*
29 *Præsidentes ciuitatis habent iurisdictionem puniendi suos familiares in officio delinquentes.*
30 *Præsidentes ciuitatis possunt cognoscere de iniuria familiaribus suis illata.*
31 *Index extra prouinciam existens potest iurisdictionem delegare, & excommunicatum sibi suppositum absoluere.*
32 *Syndicus qui habet syndicare officialem, an poterit cognoscere de homicidio per officialem commisso, durante officio.*
33 *Parmensis si accusatur coram Bononiensi de delicto in territorio Bononiæ commisso, & accusatus comparet declinando forum, & si delictum dicit illud se commisisse in regno, an super accusatione procedi possit, non obstante exceptione.*
34 *Iurisdictio est nomen generale comprehendens merum, & mistum imperium licet non conuertatur.*
35 *Causæ meri vel misti imperij, vt delegari possint, duo requiruntur de iure ciuili, de iure canonico secus.*


Rimo igitur circa iurisdictionem sciẽdum est quod iudex ordinarius, vel delegatus statim ac fines suæ p̃tãtis excedit, nil agit, quia factũ per eũ non valet, ipso iure, vt extra de sent. & re iud. c. 1. Cũ ĝ iudicat de eo qđ ad eius iurisdictionẽ nõ p̃tinet seu vltra q̃titatem ad eius iurisdictionẽ spectantẽ, ñ valet qđ agit. C. si à nõ cõp. iud. l. j. & C. q̃n p̃uo. non est necess. l. certa rõne. ex. de cõsuetud. cap. quãto. & l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Non. n. intelligitur iudiciũ q̃n iudicat̃ ab eo, q ius iudicãdi ñ habet. ff. ad Treb. l. j. in fi. vel ius damnandi non hẽt ff. de pen. l. ij. in fi. Itẽ si iudicat inter hoĩes non suæ iurisdictioni subiectos, vel ipsius delegationi subiectos & contentos, vt d. l. j. & ff. de offi. p̃sid. l. ij. & ex̃ de iudi. c. at si clerici. de offi. deleg. c. pen. & 11. q. 2. c. 1. & l. fi. de iuris. om. iud. Non. n. debet immittere falcem in messem alienam. 6. q. 3. can. scriptum, & extra de elect. c. venerabilem. in prin. & ff. si ser. vend. l. sicuti. §. Arist. Et talis sententia ab ex̃neo, siue à ñ suo iudice lata, dicitur sñia peregrina. 3. q. 5. can. peregrina. Idẽ si iudicat vltra tp̃s suæ iurisdictionis, vt ff. de pœn. l. fi. nam transacto tp̃e iurisdictio expirat: vt ff. de offi. p̃sid. l. iij. & ff. de offic. præfec. vrb. l. iij. & de iurisd. om. iud. l. fi. Idem si existat in loco sui territorij: si tñ pronũciat de reb. ex̃ territoriũ vel intra existentibus, q̃a si dici posset qđ iudicare de his valeat, tñ missionem facere non potest ff. de bo. autho. iud pos. l. cum vnus. §. pe. & de re iu. l. à diuo Pio. in prin. & dic vt plenius no. C. vbi in rem act. l. fi. Concl'o ãt
1 † ad oĩa p̃dicta est, q̃ factũ à iudice, qđ ad eius iurisdictionem non p̃tinet, vel spectat ad eius officium nõ est ratũ h̃ñdũ vt ff. de regu. iu. l. factum à iudice. & extra. co. ti. c. 2. & c. quoties li. 6. & l. fi. ff. de
2 iuris. om. iud. & id circo † tam sñia quàm præceptum, quàm ꝯfessio & oẽs p̃cessus coram iudice facti nullius sunt momenti, vt ex tra de iud. c. at si clerici. & ff. de pœn. l. ij. ĩ fi. Prædicta ãt fallũt ĩ ca sibus suis, videlicet ĩ recõuentione causæ ciuilis. vt C. de sen. & ĩ terlo. om. iu. l. cũ Papianus. p̃ auth. & ꝯsequẽter. C. e. d. c. at si clerici. Aliq̃n partes ꝯsentiũt scientes in eũ, q hẽt aliàs ordinariã iurisdictionẽ (nõ dico delegatã) licet ĩter easdẽ p̃sonas nõ ꝯsentiẽres, nõ de illa re, vel quãtitate, vt C. de iuris. om. iud. l. j. & ff. de iud. l. j. &
3 ij. plenius not in d. c. at si clerici. Sed tñ nõ attẽdas hic † esse differẽtia si talis ꝯsensus durat quousq; lis cõtestet̃. si. n. pœniteret cõsentientẽ q̃ñcunq; añ litem ꝯtestatam, nõ cõpellit̃ huic ꝯuentioni stare, vt est casus de iurisd. om. iud. l. si cõuenerit licet pœnitẽs possit cõueniri ad pœnã, vel interesse, si adiecta fuerit, vt C. de pac. l. si pacto. & Institu. de inut. stip. §. alteri. & adde casus q not. x. q. ij.
4 in fi. ¶ Ex prędictis igitur primo quæro. Quid † si iudex p̃fert sñiã vltra quantitatẽ suæ iurisdictionis, vt puta, hẽt potestatẽ cognoscendi de causis ꝯsistentib. vsq; ad q̃titatẽ centũ aureorũ: sed ipse fert sententiã in ducentis aureis, nunquid valebit sñia & an in aliquo & in quib⁹ iudicare potuit? Et certe de vlteriori q̃titate non est dubium, vt s̃. dcm̃ est, & ad idem ff. mand. l. rogatus, sed in ea quantitate, in qua potest, an valeat senten. gl. variauit. Nam ff. de iurisd. omn. iu. in l. si idem cum eod. in si. gl. dicit idem esse. & allegat. ff. de fideiussoribus, l. si à reo. ij. rñs. & l. Græcę. § illud, sed aliter gl. dicit. C. de re. iu. l. ij. Vñ q̃dã ita d stinguũt. Aut iudex p̃nunciat vltra quã possit & debeat, & tunc ipso iure non valet sñia, Idem si vltra q̃ põt, vt C. q̃n prouo. non est neces. l. certa. aut vltra quam debeat. Si vltra id, qđ põt, non valet C. de mod mul. l. fina. sed vr̃
a verius q̃ illud inutile tantum vitiet̃, vt d. l. certa. & ff. man. l. si p̃curator. & qđ no. C. de sacrosã. eccl. l. illud. & clare dr̃ ex̃. de præbẽ. c. dilectus. q̃a licèt sñia nõ possit pro parte valere, & pro parte ñ valere, d. l. in hoc iudicio. ff. fam. ercis. & C. e. l. licet. verum est q̃n vna species alteri cohæret, nõ aliàs, vt d. l. in hoc iudicio. sed in ꝗ-
5 ctibus † separabit̃ vtile ab inutili: q̃a quãtitas est ipso iure diuisa, vt not. de re iudica. l. à diuo Pio. §. hoc amplius. & tunc vitiata q̃titate inutili remanet vtilis, & in ea valet, vt ff. de vsur. l. placuit. & de ver. oblig. l. j. §. si stipulãti. q̃ quidem inutilis adiectio, ita vitiatur, vt non habetur pro adiecta. ff. de verb. obl. l. si quis stipulatus abs te.
6 Secundo quæro an † Papa possit iurisdictionem vindicare? Et dixerunt quidam quod ñ quia dicunt quod iurisdictio est quoddam genus: sed aliquid in genere vindicari non potest ff. de rei vind. l. si rẽ. in prin. ergo, &c. Item alia rõne, q̃a (vt dicunt) iurisdictio est quoddam ius incorporale. in iure. n. consistentia incorporalia sunt, vt ff. de rer. diui. l. j. §. j. ĝ vindicari nõ põt, cum ea vindicant̃ quæ possident̃. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. j. & ff. de euic l. vindicantem. & l. vindicatio. ff. de rei vindi. sed incorporalia nõ possident̃ ff. de vsuca. l. seq̃t. §. si viam. ergo vindicari nõ p̃nt: sic dispensatio cũ consistat in iure, vt lex disponit, tñ verũ distinguit̃, Eꝯ vr̃, q̃ sic, q̃a cum nõ pro iure in corporali, sed seruitutis, vel vsusfructus dat̃ actio, vt Instit de act. §. ij. & iij. Sed põt responderi q̃ illud ideo, q̃a sunt actiones in rẽ scriptæ, vt ibi dr̃. Item videtur ad id, q̃ sicut filium meum, siue libertum vel colonum, in quibus ius potestatis habeo, possum vindicare, vt plene no. ff. de lib. exhib. l. j. §. pen. sed hic fiet vindicatio ad ista tamen de iure Rom. vel Quiritum. Præterea, ibi vindicat̃ persona propter ius quod in ea prętenditur, sed in proposita quæstione nunquid possit iurisdictio vindicari? Sed ad hoc respondeo quod si recte intelligas quòd per prædicta iura quæstio est sublata. Nam semper opportet esse persona, vel in qua vel p̃p quam iurisdictio vendicatur, quòd põt esse multis de causis, ex̃. de presc. c. cum olim. ex̃. de mai. & obe. per totum. xvj. q. vij. c. omnes basilicæ. ff. de iuris. om. iud. l. & quia. Vel dic quod ibi petitur iurisdictio tẽporalis, vel secularis dignitatis, vt puta ius Comitatus, vel Marchiæ, vel Baroniæ, vel ius alterius dignitatis spiritalis, vt puta Decanatus, vel Præpositura, vel alia dignitas. Implorabit etiam co-
7 gnitionem prætoris, vel officiũ iudicis. Licitum est enim ei † qui habet ius in aliqua dignitate, vt possit eam petere, sed quia non competit sibi aliqua actio, hẽt officium iudicis. ff. de min. l. qđ si minor. §. fi. & de libe. exhibẽ. l. j. §. hoc interdictũ, & talis actio siue officium erit nobile. Et hoc tenet Spe. in ti. de act. §. sequtur. s. vers. vtrũ, aũt petẽs. & de religiosis domib⁹. ver. porrò si aliq̃s petit. Rei vindicatio aũt in prædictis non cõpetit quia p̃ rebus tñ corporalibus datur, vt s̃. dcm̃ est, & posset dici quod actione cõfessoria agi possit s̃m Inno. & plene extra. de exception. c. venerabili.
8 Tertio quæro, † quidam laicus delictum commisit
b & postea effectus est clericus. [b] quæritur ad quem spectet cognitio illius delicti, an ad iudicem secularem, de cuius foro erat tempore perpetrati criminis, an ad iudicem

ADDITIONES.

a Tho. p. ¶ Vitietur. Sequitur Lud. Ro. in consi. lxj.
b Clericus. Vide Old consi. iij. quod incip. quòd laicus delinquens. & vide Bar. in l. j. ff. de pœnis. & ibi apostil. Alex. & meam, vbi videas.

iudicem ecclesiasticũ, in cuius iurisdictione nunc inueniť per susceptionẽ ordinis clericalis? Et primò videtur quod sit cognitio iudicis secularis: q̃a debemus spectare tp̃s delicti, ff. de pœnis. l. j. & l. moris. in fin. & de quæst. l. statu liber. & sic spectamus tp̃s contractus ff. de contrahen. l. emp. l. Rutilia. ex. de elec. c. dudum. & videtur casus de adult. l. adulter. §. si eo tempore. vnde per commissionem delicti videtur præuentus a iudice seculari, argu. ff. de iudi. l. si quis postea. & de iuris. om. iud. l. pen. extra de foro comp. c. proposuisti. Ad idem facit, quia obnoxius muneribus realibus, licèt efficiatur miles, cogitur ad illa munera subeunda. ff. de mu. & ho. l. curia. in fi. & C. de sacr. san. eccles. l. qui sub prætextu. ff. de iur. im. mu. l. semp. §. diuus. q̃a noxa caput sequitur, vt delicta & honores cũ capite ambulent. ff. de nox. l. j. & de Car. l. cum sine & ff. de iniur. l. iniuriarum. Item quia seruus delinquens si postea efficiatur monachus, vt pœnam euitet, debet de monasterio extrahi & pœnæ tradi. d. §. si quis de furtis. l. si seruus nauem. Sic ēt eximitur à militia, & à militari tollitur sacramento miles, qui p̃p metum delicti qđ añ cõmisit nomen ad militiæ dedit, vt ff. d re mil. l. ti. Ad idem C. de decu. l. omnes. lib. x. C. d Epis. & cleri. l. officiales in prin. C. ad l. Corne. de fal. l. si quis decurio. §. nec vero. C. d cu. vel cohor. l. j. & extra d pe. c. cum dilectus. & d voto. & vo. re. c. ij. & d excus. tut. l. turor. & ff ad Mun. l. incola. Eõ vr̃ q̃ cognitio istius spectet ad iudicem ecclesiasticum, d cuius foro effectus est. Nã per ordinis assumptionem exemptus est à iurisdictione laicorum. C. de epi. & cler. l. q̃squis emẽ sis. immo punitur pœna sacrilegij laicus, qui cognoscit & iurisdictionẽ exercet ī clericos, ex. d foro compe. c. ij. & de iu ca. c. cum olim. vñ si iudex laicus se intromittat nõ valet qđ agitur, tanq̃ ab incompetente factum vt ex. de iu. c. j. lib. vj. Itẽ quia euenitad eũ casum, à quo non potuit incipere, ideo vitiatur. ff. de seru. l. pro parte & ff. de re mili. l. q cum vno. §. reus. quia sicut superueniẽs dignitas temporalis eximit quẽ ab alterius potestate vt ī authẽ. sed Episcopalis. posita C. de epis. & cler. l. sacro sanctæ. & C. de decu. l. si ita multo fortius dr̃, q̃ superueniens dignitas spiritalis dẽt eximere à iurisdictione laicorũ, vt C. de hære. auth Gazaros. Itẽ q̃a per assumptionẽ ordinis est postea defendẽdus excusando. ff. de vaca. mu. l. iij. in prin. & l. his honoribus. §. j. & ff. si quis cau. l. quij. it. ff. de excu. tuto. l. spadonẽ §. si āt & l. iurisperitos. & ff. de arb. l. nõ distinguemus. §. sacerdotio. Respond distinguendo. Nã si constat, q̃ laicus p̃p cõmissum delictum efficiatur clericus in fraudẽ, & causa euitãdi pœnã delicti puniẽdus est per iudicem secularem, per iura primò alle. & maxime p l. hos accusare. ī fin. primi resp. si. ff. de accusa. & d adul. l. si maritus. §. legẽ. fraus aũt p̃sumiť ſm Dy. si iam erat accusatus, vel incrimine dephẽsus. p l. post cõtũ. ff. de dona. Si aũt non cõstat nec est fraus p̃sumpta ēt puniend⁹ est p iudicẽ ecclesiasticũ p iura secũdò alleg. arg. ff. de bo. cor. l. si maxime vt cũ de dãnatione agitur dephẽditi ī habitu. probať ex. de sententia exco. c. si iudex lib. vj. vel dic vt ibi not. Sed rursus

9 †quæriť qđã post delictũ cõmissum sit nouiter incola alteri⁹ loci, vel se trãsfert ad aliũ locũ vbi primò domiciliũ habebat cõ quẽ iudex loci, vbi deliquerat, p̃cedit, & cũ ex cõtumacia ponit in bãnũ, iudex vero loci vbi nũc inueniť delinquẽs, p̃cedit cõ eũdẽ ex codẽ delicto, q̃riť vtrũ d iure possit? Et vr̃ q̃ nõ: quia quoties de delicto est semel cognitũ, nõ dẽt amplius cognosci, siue absoluendo. ff nau. cau. stab. l. licet. ff. de accusa. l. si cui. §. iisdẽ criminibus. C. e. l si q̃s homicidij. siue etiam condemnando, vt ff. de accus. l. senatus. & de exce. rei iud. per totũ. cum non debeat de delicto eiusdem hominis sæpius quæri. Sed in casu proposito iudex loci delicti cũ semel quæsierit eũ ex contumatia condemnando, sequitur q̃ secundus iudex eum punire non dẽt. Contra q̃ sic, non obstante dicto banno. quia per bannum non dr̃ a pœna delicti absolutus, vel condemnatus. Nõ enim fuit nomen eius receptum inter reos. quod d̃r per iuris cõtestationem. ff. de adul. l. si maritus. §. prescriptiones. C. eo. l. adulteram. & ideo diffinitiua ferri non potuit. C. de lit. contest. l. j. in Authen. de exhiben. reis. §. si vero. C. de accus. l. absentem. ff. eo. tit. l. iiij. Et si obiiciatur, quod licuit ex forma statuti, quo cauetur, vt etiam contumax possit diffinitiue condemnari, respondeo q̃ ex tali condemnatione nulla pœna est secuta. vñ condẽnatio opitulari non debet ff. de excep. rei iud. l. euidenter. nec ex suo delicto, vel ex sua improbitate dẽt actionem vel lucrũ consequi. ff. d furt. l. itaq;. ff. de interd. & rele. l. relegatorum. §. fi. & de neg. gest. l. siue hæreditaria. hoc videtur verius, quod bannum fuit ratione contumatiæ, & etiam pro delicto aliter fuisset punitus. nam si p̃sens fuisset, sine pœna non euasisset.

